



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Sancti Epiphanii Episcopi Constantiæ Cypri, Opera Qvæ
Extant Omnia**

Epiphanius <Constantiensis>

Coloniæ Aggripinæ, Anno M.DC.XVII.

Eiusdem S. Epiphanii epistola, siue liber Ancoratus appellatus, docens de
vera fide Christiania.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80258](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80258)

D. EPIPHANII EPISCOPI CONSTANTIÆ CYPRI, EPISTOLA SIVE LIBER, AVT SERMO ANCORATVS APPELLATVS,
docens de vera fide Christiana.

IANO CORNARIO MEDICO - PHYSICO INTERPRETE.

LIBRI ANCORATI APPELLATI

ARGVMENTVM.

Diuinum hic & magnus pater noster Epiphanius, ex Eleutheropoli in Palestina originem traxit, ubi etiam pater fuit monasterium solitariam vitam degentium. Primam autem exercitationem in studii pietatis fecit profectus in Aegyptum, & commoratus est ibi usque ad reditum in vigesimo aetatis sue anno, quorursus in vicinas Eleutheropolitarum urbis locos redijt & in ipsis monasterium adificauit. Ancoratus autem appellatus est ipse liber, eo quod instar ancoræ ducit mentem de vita & salute perscrutantem, propterea quod compositio ipsius multas fidei partes complectitur, nimirum eam quæ est de Patri & Filij & Spiritus Sancti coessentialitate & eam quæ est de perfecto Christi in carne aduentu: item de resurrectione mortuorum, & vita æterna, simulque de iudicio carnis & anime, item contra simulachra & hæreses ex parte, tum Iudaorum, tum aliorum. Continet autem & octuaginta hæreson nomina, & aliarum in diuina Scriptura questionum declarationem. Scripsit autem ad eos, qui in Suedris Pamphylia degebant, & per epistolas hoc ab ipso petierant, quæ epistola ea de causâ hic ante libri tractationem proposita sunt. Facta autem sine hæc nonagesimo anno à Dioclesiano, Valentis anno decimo, Gratiani sexto.

EPISTOLA SCRIPTA E PAMPHYLIA EX vrbe Suedorum à Tarfino & Matidio atque alijs presbyteris, ad sanctum Epiphanium, in qua petunt de fide in Patrem & Filium & Sanctum Spiritum edoceri, & de alijs eiusdem fidei partibus.

DOMINO IN DEO VENERANDO, Episcopo Epiphanio Matidius & Tarfinus, nouelli presbyteri Catholice in Suedris Ecclesiæ, in Domino gaudium. Varie solet turbas ciere inimicus hominum diabolus, & propria femina contra simplices superseminare, præsertim eos qui nondum in fide S. Trinitatis sunt confirmati. At solidum fundamentum, velut scriptum est, stat habens hoc sigillum, Nonis enim Dominus eos qui ipsius sunt. Cæterum ad omnia leues hæretici, omnia contra Iesum blasphemia, alio modo in Deum impietatem declarant, contra Sanctum Spiritum propriam linguam magnificant, & iniustitiam in altum loquentes. Attamen quamuis innumeris commotis, ipsi per Gratiam Domini in sana fide stamus, in nulla omnino re à recta & sana doctrina emoti. Et multi ex his, qui seducti esse putati sunt, rursus conualuerunt, ac firmitatem adepti sunt, tum per literas memorabilis ac beati Episcopi Athanasij, tum per piensimum comministrum tuum Proclianum. Quandoquidem vero reliquæ male doctrinæ apud quosdam adhuc restant, oportet & has per vos peritos agricolas in bonam oleam inferi, aut penitus excindi. Huius gratia ad pietatem tuam scribimus, ac rogamus, vt pietas tua literas ad nostram Ecclesiam exarare dignetur, & rectam ac sanam fidem per latorem narrationem exponere: quo possint etiam simplices & adhuc circa fidem ambigentes, per sacras tuas literas confirmari, & inimicus Ecclesiæ diabolus per sanctas preces tuas pudore afficiatq; cõfundi. Vale veneratissime.

Epistola scripta à Palladio eiusdem vrbis Suedorum magistratu, & missa ad eundem S. Epiphanium, in qua etiam ipse de iisdem petis edoceri.

Domino animæ meæ in Deo venerando Episcopo Epiphanio, Palladius in Domino gaudium. Qui magnum ac amplum transeunt mare, quandiu quidem tranquillius ventus nauem dirigit, parum de portibus ad ripas litris curiosi sunt, putantes citra laborem transiuram esse nauem. Vbi v. contrarius & vehemens inspi-

rarit ventus, qui fluctus in altum vudiq; attollit, & nauem vndis obtulit, tunc sane tranquillitas desideratæ portum, & omnes circumstantem terram circumspiciat, nusquam v. applicare potentes, de cætero ad propinquam, si ita contigerit, insulam diuertunt, omni modo salutem sibi ipsi exquirentes. Et vbi ad hanc accesserunt, & sub protectionem obiectorum promontiorum delati sunt vix tandem à circum circa alluentibus malis liberari ac discedere possunt. Et nos ipsi nunc, ô Domine, salutari Verbo Dei instructi, & à mundana tempestate nos ipsos liberare volentes, & ad tranquillam Christi portum nauem nostram appellere cupientes: quâ quidē vanas quasdā & temerarias, velut mihi videtur, de S. Spiritu questiones ab aliquibus commotus cognouimus, qui afferunt nō oportere hunc cū Deitate ac Dominatione glorificari sed in ministris ac Apostoli gradu locatum esse, & prauiores ac humiliores de ipso opiniones tractat: ob id velut in stabilitate graui fluctuatione detecti, neminē apud nos potentem reperire valentes, qui questiones illas dissolueret, & sanam fidem nobis exponere posset: ad tuam pietatē rem de ferre coacti sumus, hanc vocem merito etiam ipsi emittentes, Preceptor serua. Rogamus igitur tuam minime simulatam ac rectam fidem, quā præuia bona fama, & testes fide digni testantur ac prædicat, dignare ad hoc à Salvatore ordinatus, vt preces nostras clementer suscipias, & per sacrum libellum latiore ac clariore narratione S. Trinitatis fidem exponas, & hunc ad nos mittas: quo & nos in hac confirmati, ea quorum studio tenemur, assequamur: & hi qui iam in ipsa pil sunt, exhilarentur: & qui errarunt, si id fieri potest, sanentur, & Dominus in omnibus glorificetur.

Epistola responsiva, missa à S. Epiphanio, ad superiores, quæ totam de diuina fide Doctrinam, quam illi petierunt, in se ipsa continet continet ac tractat.

Dominis & venerandissimis fratribus ac presbyteris, Matidio, Tarfino, & Namerio, & reliquis omnibus qui sunt vobiscum: & charissimis filiis nostris Palladio & Senerino, qui bonū zelū emulati sunt, & beatæ ac desiderabilē vitā sibi ipsi elegerunt, & rectæ de fide doctrinæ, & perfecti assensus, qui quod à Salvatore dictum est, implent, Si vis perfectus esse, vende bona tua, & da pauperibus: hoc, vendebant possessiones suas, & ponebant ad pedes Apostolorum: & qui quæcunq; commoda & optima sunt, animis suis apponunt, Epiphanius minimus Episcoporum, & qui necum sunt,

fratres,

fratres, in Domino Deo gaudium. Iam equidem beatum
 prædicauerim meipsum ò charissimi, quod quum non si-
 mus nos sufficientes, ad virtuosam sanctorum & bono-
 rum atque eorum qui zelum Dei susceperunt, vitam ac
 Temporaliam digni simus ab iisdem stimulari, vt men-
 tem excitemus, & ad vilitatem incumbamus. Noster. n.
 semper humilis animus, quietè perseuerare studens, &
 non vltra eos qui nimium speculantur extendi, illud con-
 siderans quod ab Apostolo dictum est, vt ne extendat supra
 mensuram regulam, quam dedit nobis Deus, nunc ad hoc deueni-
 re cogitur. Nam suffragia vndiquaq; firma diuini in vo-
 bis zclitemq; in aliis idem sentiētibus, rectam, inquam,
 fidem æmulantibus: & Hypatius filius noster, qui ex Æ-
 gyptiorum regione propter hoc ad me venit: omnem se-
 guicem & omnem cunctationem me deponere effe-
 runt, & non amplius contingere, neq; deferre, aut vlli rei
 postponere, vt de fide vobis scribam, quum requiratis
 vos & fratres nostri ea que spectant ad vestram salutem,
 ex diuina ac S. Scriptura, firmum fundamentum fidei de
 Patre & Filio & Spiritu S. & de reliqua vniuersa in Chri-
 sto salute, de resurrectione, inquam, mortuorum, & de
 vniuenti in carne aduentu, & de S. Testamento veteri ac
 nouo, & in summa de aliis constitutionib; perfectæ salu-
 tis. Ego itaque huiusmodi propositione accepta, quum
 non pauca essent petitiones fratris Conopis in præby-
 terio cōsortis, & comitum ipsius, tum aliorum, tum præ-
 stantie vestre filii charissimi: imo quum & filius noster
 Hypatius ab Ægypto ad me propter hoc venisset, confo-
 natuffragia simul multa videns, punctus animo ac cogi-
 tatione, considerationem mecum feci, & visum est mihi
 prompte animum inducere, iuxta literarum vestrarum
 petitionem, ad hoc vt indubitanter ego tenuis hanc me-
 am epistolam desiderio vestro scriberem. Et valde qui-
 dem admittor admirabilem Domini & Dei nostri dispen-
 sationem, cui complacuit ob excellentem ipsius bonita-
 tem, omnibus dare S. suum Spiritum, qui ipsum in veri-
 tate querunt. Neq; n. impias vestras & vestrorum peti-
 tiones per literas ò charissimi nō duxi, sed motum examina-
 ni, qui ex Dei Gratia in vobis incepit. Qui n. in veritate
 consona & concinna cum beato Petro dicere nouerunt,
 nempe, Tu es Christus Filius Dei viuentis, hic clare ab ipso
 Domino beati prædicabuntur: quemadmodum & S. ille
 beatus prædicatus est, dum audiuit, Beatus es tu Simon Bar
 Iona, h. e., filius Iona: pater. n. ipse Iona vocabatur,
 Bar autem ex Hebræa lingua filium interpretari possis.
 Atq; hoc erat vita quam dedit vnigenitus filius discipulis
 suis, dicens: Vt habeant vitam in seipsis, & cognoscant solum
 verum Deum, & quem misit Iesum Christum. In eo igitur quod
 dixit, Solum verum Deum, ad monarchiam & vnus princip-
 atum nos duxit, vt ne amplius sub elementis mundi si-
 mus sc̄ritate pressi, vt ne amplius Deorum multitudo
 in nobis sit, & ad talem scortationem mentes hominum
 dispergantur, sed ad vnitatem solius veri Dei. Prima enim
 scortatio, est excogitatio simulachrorum: inquit Scriptura. Et
 quem misit Iesum Christum: Quem Iesum Christum? Ve-
 rum Deum. Sicut dicit de ipso Ioannes, Vnigenitus Filius,
 qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Vnus itaq; Deus Pater,
 & solus verus Deus, & non secundum effectos deos,
 quos putauerunt Græci quidam deos, quum non sint
 dii, sed solus verus Deus. Nam solus ex solo vnigenitus,
 & solus Spiritus S. Trinitas. n. in vnitare, & vnus Deus,
 Pater & Filius & Spiritus S. Frangit autem & consternat
 hic sermo eos qui non digni facti sunt Spiritu S. Nemo
 enim potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu S. Etenim
 nomen Iesus etiam Iudæi dicunt, sed Dominum non put-
 ant. Et Ariani dicunt nomen, & Deum adoptatum di-
 cunt, & non verum, quoniam non fuerunt participes
 Spiritus S. Nisi. n. quis susceperit Spiritum S., non dicit
 Iesum Dominum vere, & Deum vere, & Filium Dei vere,
 & Regem æternum vere. Discant. n. qui malam opinio-
 nem habent, quod vnigenitus Filius Dei non vult omnia
 de seipso testari. Sic. n. dicit in Evangelio, Si testimonium
 præbeo de meipso, testimonium meum nihil est. Alius est qui testa-
 tur de me. Et quis est alius? qui clamauit de celo, Hic est
 Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est. Hic vero

Hypatius.

Conops.

Bar Iona.

Scortatio prima, cul- tus simulachrorum.

qui dicit, Si ego testimonium præbeo de meipso, testimo-
 nium meum nihil est: rursus dicit: Et si ego testimonium præbeo
 de meipso, testimonium meum verum est. Et rursus, ipse operate-
 stantur, que dedit mihi Pater. Et rursus, Moses scripsit de me, &
 Moses testatur de me. Primum quidem, si ego testimonium præ-
 beo de meipso, testimonium meum nihil est: quoniam multi
 glorificant seipso, & testatur de seipsis, quo excinde-
 rer gloriationem iactabundorum, & seipso commendā-
 tium. Quam v. dicit, Et si ego testimonium præbeo de meipso, te-
 stimonium meum verum est: ostendit, quod non humanum
 est ipsius testimonium, sed quod Deus est vera adfruens
 suo testimonio. Verus itaq; Deus Pater, verus Deus Fi-
 lius, verus Deus Spiritus S. Spiritus Dei existit, & Spiritus
 veritatis, Trinitas in vno Spiritu numerata. Nam de Pa-
 tre ipse Filius dicit, Quo cognoscant te solum verum Deum. Fi-
 de dignus autem testis est, qui super peccatus ipsius recu-
 buit, vnigenitum Deum ipsum appellans. Non apposuit
 autem vnigenito Deo, Deus verus: sed de Patre scriptum
 est, Verus Deus: de Filio vero, Vnigenitus Deus. Et rur-
 sus de Patre, Lux Deus: de Filio autem, Erat lux vera. Et
 vide mihi exactam Scripturarum sinceritatem. Est equi-
 dem Pater lux, & non appositum est de Patre, Lux vera, &
 nemo audebit dicere. Qui n. infans aut demens, audebit blasphemie suspicionem sibi ipsi comparare:
 quum non inueniat appositam vocem, Vera? Si. n. qui ex
 ipso genitus est genuinus filius, lux vera est, filii genitor
 citra ambiguitatem lux vera est, ipse qui genuit ipsum si-
 ne principio & sine tempore lucem veram. Et quemad-
 modum non audendum est de Patre dicere, quod non est
 lux vera, sed propter pietatem cuiq; apud se cogitandum,
 Nouimus etiam non sit scriptum, quod est lux vera, &
 non dubitamus, vt ne pereamus: Sic etiam de Filio scrip-
 tum est, quod Deus est Filius. Et quamuis non additum
 sit, Deus verus, infaniam nobis ipsis aggregabimus, si au-
 si fuerimus blasphemare, & non dicere Filium Deum ve-
 rum. Sufficit. n. de vno omnem Trinitatis consigila-
 tionem ferre, & a Patre intelligere Filium Deum verum, &
 Spiritum verum, quum vicissim apposita sint vtriusq; no-
 minibus æquivalentia veritatis: Patri quidem, Deus ve-
 rus: Filio vero, Deus. Et vice versa Filio Lux vera, Patri v-
 lux: quod duas glorificationes de Deitate cōiungentes, de
 Patre quidē, Deus verus, de Filio autem, lux vera: & de Pa-
 tre lux, & de Filio Deus: a luce & voce Deus, vnam Deita-
 tem: à Deus verus, & lux vera, vnam potētē vnitatē con-
 fiteamur. Similiter etiam de S. Spiritu, Si ego abiero, ille ve-
 niat inquit, Spiritus veritatis. Et amplius de seipso, Ego sum
 veritas. Et de Patre, Spiritus Patris mei, qui loquitur in vobis. Et
 de Spiritu, Spiritus meus stetit in medio vestro. At Spiritus in-
 effabiliter cooperat Filio, et eicit ipsum in desertum, vt re-
 taretur à diabolo. Et ipse Dominus, Spiritus Domini super
 me, propterea quod vinxit me. Spiritus autem S. in Prophetis
 loquēs. Hec dicit Dominus omnipotens, Qui loquitur in Prophetis
 Dominus, qui firmat tonitru, & creat spiritum: tonitru quidē q̄
 resonat in aurib; hominū, creās autē spiritū ad operatio-
 nē pluuiarū, quæ demittuntur à Deo ad terrā. Et de creatu-
 ris quidē sic dicit: Firmās tonitru, & creās spiritū. Hæc. n. cre-
 ata sunt. Annunciās. a. Christum suū hominib;, nō am-
 plius creās, nō amplius firmās: sed annūciās ipsum homi-
 nib; vere genitū ex ipso, increatū, immutabile, inaltera-
 bilem, qui semper est ex semper existēte, qui per Ioannē
 prædicatus est semper existēs. Qui est, inquit, misit me, dicit
 Moses. Et Ioannes: Qui est in sinu patris, ille enarrauit. Existēs
 est filius, existens est pater. Qui est, apud eum qui est: ex
 ipso genitus. Non coniunctio existens cum patre, non
 qui inceperit esse, sed semper genuimus cum Patre. Sem-
 per Pater qui genuit Filium. Non. n. vnquam erat tem-
 pus quādo Pater nō erat Pater. Nō erat vnquā tēpus, quā-
 do Filius nō erat Patri soli. Si. n. erat tēpus quādo nō erat
 Pater: ergo ipse erat Filius alterius Patris, antequam esset
 Pater vnigeniti. Et qui sibi videntur pii esse in patrem,
 perfecte impii sunt. In Deo enim non tempus, non mo-
 mentum temporis, nō punctum, non indiuidua tempo-
 ris particula, non ictus oculi, non mentis subleuatio reci-
 pitur. Sed quantum ascendit mens tua, vt Filium compre-
 hendas ac credas, simul cogitat & Patrem. Nomen e-

F Lux & lux vera.

Deum & Deum verum.

G

Creantur spiritus, quando inuoluntate.

H

S. CYPRIANVS
S. EPIPHANVS
S. IULIANO

A nim est significatiuum. Quum enim filium uocaueris, filium dicens, cogitas patrem: à filio enim pater intelligitur. Et cum patrem appellaueris, significas filium: pater enim omnino filii appellatur. Quando igitur poteris audere ac dicere, quod pater non erat pater, quo etiam filium audeas dicere non esse? Si uero non audes dignitatem apponere patri: nam vox *Filius* in identitate existit, & non opus habet additione, non gloria, non progressu: discet ut ne sis maledicus quicumque fidem infestas, imo potius te ipsum, si fide persequeris: sed semper crede patrem sempiternum, qui uere genuit filium semper uere existentem apud uere existentem patrem. Filius n. sepe, non coniunctio existens patri, non confrater, sed filius genuinus ex patre genitus, naturalis filius non adoptatus, filius coessentialis patri, non synuofus, hoc est, simul essentiam habens, sed homouofus, id est, coessentialis: hoc est, non extra patrem genitus, uelut quidem per cauillum dicunt, adoptione uolentes esse filium, & non ueritate. Colligantia autem est fidei, coessentialem dicere. Si enim dixeris coessentialem, soluiti Sabellii potestatem. Non enim vnus substantia significationem habet uox coessentialis, sed significat & in substantia esse patrem, & in substantia filium, & in substantia Spiritum Sanctum. Cum uero coessentialis dicitur, non alienum ab eadem deitate significas, sed Deum ex Deo filium, & Deum Spiritum Sanctum eiusdem deitatis: non tres deos. Neque enim si dixerimus filium & patrem Deum, duos deos dicimus. Vnus enim est noster Deus, uelut beatus Moyses dicit, *Dominus Deus tuus, Dominus vnus est*. Non deos dicimus, Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum Sanctum, & non Deos. Neque enim est multitudo deorum in Deo. Verum per tria nomina vna deitas, Patris & Filii & Spiritus Sancti. Et non duo filii: vnigenitus enim vnus ipse Filius, Spiritus Sanctus ipse Spiritus Sanctus, Spiritus Dei, semper existens cum Patre & Filio, non alienus à Deo, sed à Deo existens, à Patre procedens, & à Filio accipiens. At Filii quidem vnigenitus, incomprehensibilis, & Spiritus incomprehensibilis: uerum ex Deo, non alienus à Patre & Filio. Neque coniunctio est Patris & Filii. Sed Trinitas semper existens eiusdem essentia, non alia essentia præter deitatem, neque alia deitas præter essentiam, sed eadem deitas, & ex eadem deitate Filius & Spiritus Sanctus. Et Spiritus quidem, Spiritus Sanctus: Filius uero, Filius. Spiritus autem à Patre procedens, & ex Filio accipiens, perferunt profunditates Dei, annuncians ea quæ sunt Filii, in mundo sanctificans sanctos per Trinitatem, tertius nomenclatura, Pater & Filius & Spiritus S. *Euntes, inquit, baptizate in nomine Patris & Filii & Spiritus S.:* quoniam est sigillum gratiæ, colligatio Trinitatis, non alienus à numero, non separatus à nomenclatura, non alienus à dono, sed vnus Deus, vna fides, vnus Dominus, vnum donum, vna Ecclesia, vnum baptisma. Semper enim Trinitas Trinitas, nunquam additionem accipit & sic numeratur, Pater, Filius, & Sanctus Spiritus. Non est coniunctio ipsa Trinitas, non distans quid in ipsa est à propria ipsius unitate: uerum in substantia perfectionis, perfectus Pater, perfectus Filius, perfectus Spiritus S.: Pater, & Filius, & Spiritus S. Et vice uersa, Spiritus donis perfectus est. *Diuisiones enim doctorum sunt, idem autem Spiritus: & diuisiones ministeriorum sunt, idem uero Dominus: & diuisiones operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus.* Ne excidamus à proposito, ne discidamus à ueritate. Nos non patrocinamur pro Deo, sed pie consideramus, ut ne pereamus. Et loquimur non uelut comprehendentes: nam ut homines loquimur quæ comprehendimus. Honor n. erga Deum infinitus, & innumeris modis in mente nostra glorificatus est, nihil amplius gloriæ assumens, neq; detrahi finens. Nihil enim in Trinitate creatum, aut postea factum. Sed Pater quidem Filium generat, non erat autem vnquam tempus quando non erat Filius. Neq; n. Pater in aliquo tempore Pater nō uocabatur: sed erat sepe Pater, & erat sepe Filius: non cōfrater, sed Filius genitus inessentialiter, & nominatus incomprehensibiliter. Cū Patre uero existens semper, & nunquam esse de-

finens. Pater igitur ingenitus & increatus, & incomprehensibilis. Filius genitus, sed & increatus & incomprehensibilis, Spiritus S. semper, non genitus, non creatus, non confrater, non patruus, non propater, non Filius: sed ex eadem essentia Patris & Filii Spiritus S. Spiritus enim Deus. Vnumquodq; autem nomen vnicum nomen est, non habens secundum significationem. Nam Pater Pater, & non habet comparandum, neque alteri Patri quid coniunctum, ut ne duo sint Dei. Et Filius vnigenitus Deus uerus ex Deo uero, non Patris habens nomen, neque alienus à Patre, sed vnus Patris existens: vnigenitus autem, quo vnici nominis sit Filius, & Deus ex Deo, quo vnus Deus Pater & Filius uocetur. Et Spiritus S. vnici nominis est, non filii habens nomen, non Patris nomenclaturam, sed Spiritus S. sic appellatus, non alienus à Patre. Ipse n. vnigenitus dicit, *Spiritus Patris: & Qui ex Patre procedit, & Deo accipit*, ut ne alienum putetur à Patre, & Filio, sed eiusdem essentia, eiusdem deitatis, Spiritus diuinus, Spiritus ueritatis. Spiritus Dei, Spiritus paracletus, vnico nomine appellatus, non habens comparationem, non alteri alicui Spiritui adæquatus, non appellatus nomine Filii, aut nominatus nomine Patris, ut ne vnica nomina æquiuoca sint: Veruntamen Deus, sed in Patre, Deus: in Filio, Deus: in S. Spiritu, Dei & Deus. Spiritus n. Dei, & Spiritus Patris, & Spiritus Filii, non iuxta aliquam compositionem, quemadmodum in nobis anima & corpus, sed in medio Patris & Filii, ex Patre & Filio, tertius nomenclatura. *Euntes enim, inquit, baptizate in nomine Patris & Filii & Spiritus S.* Si u. baptizat Pater in nomenclaturam, in nomen Dei, & perfectum sigillum in nomine Dei ob signatum est in nobis: & baptizat Christus in nomen suum, in nomen Dei, & perfectum sigillum in nomine Dei ob signatum est in nobis: quis audebit suam animam impugnat, Spiritum alienum à deitate dicens? Si n. in nomen Dei, & in nomen Filii, & in nomen S. Spiritus, vnum sigillum est Trinitatis, vna ergo potestas Deitatis in Trinitate. Si uero vnum est Deus, alia u. creata, & non Deus, quaratione colligata sunt, sunt duoad vnum sigillo perfectionis? Igitur in regium nomen signatum vnus vnus illud Patris: & alia non sunt regia, sed adhuc elementis & creaturis & seruitute subiectis sumus. Et non potuit solum nomen Patris saluare, sed sibipsum creauit alia duo elementa, iuxta maledicorum opinionem, ut assumeret deitas etiam alias uirtutes, & signatum ab ipso saluare posset, & homo ab ipso creatus redemptionem remissionis peccatorum acciperet. Hei quales nugæ! O ingentem blasphemiam! Unde irrepit in mundum alia rursus noua incredulitas, imo potius dixerim fidei peruersitas? Deterior est n. fidei peruersitas incredulitate. Incredulitas n. fidem accipiens corrigi potest, fidei uero peruersitas incorrigibilis est, & ægri saluatur, nisi sane donum & gratia aliqua ex supernis accesserit. Dicit igitur beatus Petrus ad Ananiam: *Quid tentauit te diabolus, ut mentireris Spiritui Sancto?* Erat: *Non mentitus es hominibus, sed Deo.* Ergo Deus est ex Patre & Filio Spiritus, cui mentitus est ille, qui de precio aliquid detrahit. Quemadmodum etiam Paulus huic sententiæ conuenit, dicens: *Vos autem templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in uobis.* Igitur Deus est Spiritus, sicut antea dixi. Quapropter templum Dei uocabuntur etiam sancti homines, qui Sanctum Dei Spiritum in seipsis habitare fecerunt. Quemadmodum testatur princeps Apostolorum, qui dignus factus est beatus prædicari à Domino, quod Pater ipsi reuelasset. Si itaque pater reuelat ipsi Filium uerum, & beatus prædicatur: idem etiam rursus reuelat Sanctum suum Spiritum. Ipse autem Dominus constituit eum primum Apostolorum, petram firmam super quam Ecclesia Dei edificata est, & portæ inferorum non ualebunt aduersus illam. Portæ autem inferorum sunt hæreses & hæresarchæ. Iuxta omnem enim modum in ipso firma est fides, qui accepit clauem cælorum, & soluit in terra, & ligat in cælo. In hoc enim omnes quæstiones ac subtilitates fidei inueniuntur. Hic est qui tertium negauit, & tertium se detestatus est, antequam gallus caneret. Hic excellentiam suæ erga Do-

Petri principatus & præstantiam.

A

minum suum dilectionis significans, affirmans dixit: *Etiam si omnes negabunt te, ego non negabo*: quantum in homine est, dico. Hic est qui ploravit ob vocem galli, ut vere confiteretur filii Dei conceptionem, non in apparentia esse, sed veram: ut diceret ipsum verum hominem, in plorando ob eum qui propter conceptionem suam traditus esset. Hic est socius eius qui super pectus Domini recubuit. Ille enim à Domino discens, & à Filio accipiens cognitionis facultatem revelavit. Hic vero à Patre accepit certitudinem fidei fundans. Hic in mari Tiberiadis nudus rursus ubi vocatus fuit, piscatus est. At discipulus quem diligebat Iesus, ob verbum quod dixit Saluator: *pueri, num quid obsonii habetis?* Et ait: *Mittite in dextram nauis patrem, & inuenietis*: ob hoc, inquam, verbum conseruati illi sunt. Et dicit Ioannes quem diligebat Iesus, Dominus est: homo quidem secundum carnem à Maria genitus in veritate, non apparentia: Deus autem Spiritus existens, qui à cœlestibus ex Patre venit. Hic est qui audiuit ex ipso, *Petere, pasce agnos meos*, cui conceditur est ouille: qui bene deduxit per virtutem Domini sui, qui confitetur de carne: qui vere quæ Patris sunt denunciat de Filio, qui Spiritum indicat, & dignitatem ipsius in Deitate: qui dextram porrexit Paulo & Barnabæ societatis, cum Iacobo & Ioanne, ut per tres testes staret omne verbum. Nihil enim sine duobus aut tribus testibus esse potest. Ad hoc enim confirmabatur per ænigmata, quum in Lege solum Patrem cognouissent, nisi virtutem filii accepissent, & per testes Patris & Filii confirmati fuissent, per tertium vero testimonium Spiritum Sanctum accepissent, & repleti essent manifeste vocibus Cherubim & Seraphim tertium clamantium, *Sanctus, sanctus, sanctus*. Non enim per duas voces glorificatio in celo perficitur: neque quantum acclamant eadem sancta & inuisibilia spiritualia, animalia, neque quartam vocem eadem edunt: neque vnâ solum, sed tres voces singulares, *Sanctus, sanctus, sanctus*: & non dicunt Sancti, sancti, sancti: quo singulare celebre pronunciant: neque trium numerum occultent, sed ter quidem dant sanctificationem: vniformiter autem & singulariter proferunt sermonem, ut ne multitudinem deorum nominent. Vnus enim est Deus. Pater in Filio, Filius in Patre, cum Sancto Spiritu: sanctus sanctis quiescens, Pater verus in substantia, & Filius verus in substantia, & Spiritus Sanctus verus in substantia. Tria existentia, vna Deitas, vna essentia, vna glorificatio, vnus Deus. Nomina sti Deum, comprehendisti mente Trinitatem, habuisti Spiritum Sanctum, dignatus es ipsum potentia paterna, & Filii Dei, glorificasti Patrem, significasti Filium & Sanctum Spiritum, sed non iuxta coniunctionem. Est enim Pater Pater, est Filius Filius, est Spiritus Sanctus Spiritus Sanctus. Sed non abalienata Trinitas ab vnitatem & identitate: honoratur autem Pater, secundum quod Pater est: honoratur Filius, prout Filius est: honoratur Spiritus Sanctus, prout Spiritus verus est, & Spiritus Dei. Sic dicit vnigenitus, *Qui honorat Patrem, honorat Filium*. Hoc ipso enim quod dicit Patrem, Filium indicas, & Filium honoras. Et qui Filium honorat, honorat Patrem. Hoc ipso enim quod tu nominas Filium, honoras Patrem, non minorem Christum Patre asserens. Si enim inter nos homines talis opinio est, & non minores Filios volumus, neque à Patrum honore imminutos: ignominia enim in filios ad patres refertur: quanto magis Deus & Pater non voluerit vnquam imminui Filium suum? Qui itaque eum qui vere est Patris Filius, agere & abesse putat à gloria Patris, is magis ignominia afficit pro honore, per ignorantiam inductus. Quemadmodum igitur reuelat Patrem dicens: *Nemo nouit Patrem nisi Filius, & nemo nouit Filium nisi Pater*: ita audeo dicere, neque Spiritum quis nouit Spiritum, nisi Pater & Filius, à quo procedit, & à quo accipit. Quomodo vero alienum à Deo Spiritum dicere audent, qui infania potius correpti sunt, & non veritate, & non discunt veram vocem si de digni & sancti Apostoli Pauli (cui dextram porrexit princeps Apostolorum Petrus, qui dignus factus est habere clauem regni cœlorum, qui audiuit ex cœlis, *Saul Saul, quid me*

B

Trium testimonium.

Tertium sanctum clamant ipsa Seraphim.

C

D

persequeris? Qui dignus factus est audire verba arcana, quæ non licet homini loqui, qui dicit: *Nemo nouit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui habitat in ipso*: ab exemplo superna declarare volens, ut ne hominis exemplum ad Deum conferret, sed per exemplum Patrem superiorum reuelaret. Vniuersa enim creatura congregata Angelorum & Archangelorum, Cherubim & Seraphim, cum exercitu cœlesti, cœlique ac terræ, terrestrium ac cœlestium ac inferorum, luminarium & stellarum, siccorum & humidorum, & omnium in summa, quæ in celo sunt & terra: non potest ostendere, neque per exemplum assimilari suo Domino. Secundum gratiam enim homini imaginem largitur, velut dicit Scriptura, *Fecit Deus hominem, secundum imaginem Dei fecit ipsum*. Per gratiam enim habet imaginem omnis homo. Nemo vero suo Domino assimilabitur. Alterum enim inuisibile, alterum visibile, alterum immortale, alterum mori obnoxium, & alterum omnis sapientie fons, & omnia habens in seipso perfecta. At homo gratiam habens ex parte destitutus est perfectissimis, nisi Deus velit exhibere iuxta dignitatem acceptæ imaginis, perfectionem per gratiam. Attamen exemplo vnus idem sanctus Apostolus, *Nemo, inquit, nouit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui habitat in ipso*. Sic & quæ Dei sunt nemo nouit: Et non dixit, Nisi Spiritus Dei qui habitat in ipso: sed Spiritus Dei, solum. Ut ne quis compositum Deum intelligeret, *Nisi, inquit, spiritus Dei*. Spiritus enim Dei omnia perferuntur etiam profunditates Dei. Non alius itaque est Spiritus Dei, qui perferuntur profunditates. Si v. reprehēdit nos diuina Scriptura, dicens: *Quælibet præcepta sunt, ea cōsidera. Nō opus est tibi occultis &, altiora tene quæras, & profundiora tene expēdas*. Ergo dixerimus etiā de Spiritu, quod magis per curiositatem, & non legitime perferuntur profunditates Dei? At vbi perferuntur profunditates Dei? ob quam causam, dicō solide, velut curiosus, velut aliena inspectans, velut non propria concupiscens? Absit. Sed quoniam digni sunt sancti, ut Spiritus Sanctus in ipsis habitet: vbi in sanctis fuerit Spiritus Sanctus, largitur ipsis ut perferantur profunditates Dei, ad hoc vt profunde glorificent, quemadmodum etiam Daniel hoc confirmetur, *De profundis enim, inquit, clamauit ad te Domine*: & iuxta infinitam magnitudinem, & non modice parceque acimperfecte, quemadmodum hi qui sunt Ariaræ sectæ, & omnes externæ. Nam ex quo lex per Moysen data est, hæreses quæ post ipsam dissecæ sunt, ante Christi in carnem aduentum, vndecim fuerunt: & post aduentum in carnem, alie sexaginta: exceptis his quæ ante legem fuerunt, & ante has omnes quinque: & alii quatuor Græcis factis, quæ sunt ante legem ex toto, nouem: simul autem omnes cum suis matribus, numero octuaginta. Quarum matres quidem sunt quinque sic, Barbarismus, Scythismus, Græcismus, Iudaismus, Samaritismus. Ex his, ex Græcismo quidem hæreses quatuor, Pythagoreorum, Platoniorum, Stoicorum, Epicureorum. A lege vero ante Christi in carnem aduentum, vndecim. Ex Iudaismo quidem septem, Scribarum, Pharisæorum, Sadducæorum, Ossæorum, Nasæeorum, Hemerobaptistarum, Herodianorum. Ex Samaritismo vero quatuor, Gorthenorum, Sebneorum, Efenorum, Dofitiorum: simul vndecim à Lege ex Iudæis & Samaritis exortæ. Omnes igitur ante aduentum Christi in carnem, & vsque ad ipsam, ab Adam initio sumpto, viginti sunt. Post aduentum vero Christi in carne, vsque ad regem Valentinianum, & Valentem, & Gratianum, omnes hæreses quæ Christi nomen falso de se prædicant, sexaginta sunt, & numerantur Simoniani, Menandriani, Saturniliani, Basilidiani, Nicolaitæ, Gnostici, qui & Stratotioci & Phibionitæ, & apud quosdam Secundianitæ, apud alios Socratitæ, apud alios Zachæi, apud quosdam Coddiani appellati, ac Borboritæ: Carpocratitæ, Cerinthiani, qui & Merinthiani: Nazoræi, Ebionæi, Valentini, Secundiani, quibus coniungitur Epiphaneus & Isidorus: Ptolomeitæ, Marcoliti, Colorbasii, Heracleonitæ, Ophitæ, Caiani, Sethiani, Archotici Cer-

Spiritus Dei, quæ modo per fundat perferuntur.

G

H

Harresim.

doniani,

S CYPRIA
S EPI PHA
LOPE RA

A doniani, Marcioniste, Lucianiste, Apelleiani, Seueriani, Tatiani, Encratite, Phrygiste, qui & Montaniste, & Tascodrugite: Pepuziani, & Priscilliani & Quintilliani. Quibus connectantur Artotyrite: Telsaresædecate, qui pascha vnam diem anni faciunt: Alogi, qui Evangelium & Apocalypsim Ioannis non admittunt: Adamiani, Sampseï, qui & Helcesei: Theodotiani, Melchisedeciani, Bardesianiste, Noetiani, Valesii, Cathari, qui & Nauatei: aut etiam Montesi, velut Romæ vocantur: Angelici, Apostolici, qui & Apotactici: Sabelliani, Origeniaste, qui turpia faciunt: Origeniaste, ab Origine Adamantici: Pauli Samosatensis sectatores, Manichei, qui & Acuanite: Hieracite, Meletiani, qui in Ægypto sectam habent: Ariani, qui & Arionianite, Audiani secta, & non heresis: Photiniani, Marcelliani, Semiarrii, Pneumatomachi, qui Sanctum Dei Spiritum blasphemant: Ariani, Ariani, qui & Anomei: Quibus coniungitur Eunomius, imo potius Anomeus: Dimærite, qui non perfectam Christi incarnationem consentitur, qui & Apollinarite, qui sanctam Mariam semper virginem, postquam Saluatorem genuit, ipsi Ioseph coniunctam fuisse dicunt, quos appellauimus Antidicomariaritas. Qui in nomen ipsius Mariæ collyidem effertunt, & vocantur Collyidiiani: Massaliani, quibus coniunguntur Martyriani à Græcis, & Euphemite, & Satianiani. Et in summa, molesta vos afficio, atque ipse etiam afficio, in tot hærese òn nominibus recensendis, & in nefariis ipsarum actionibus enarrandis, ampliusque duarum sectarum, tum eorum qui in Ægypto sunt, & Meletiani appellantur, qui propter quendam in persecutione factum casum, ab his qui sunt à nostris suscepti in ipsorum sortes post penitentiam, seipsos abscederunt, non tamen in hæresi sunt: tum eorum qui in Mesopotamia Audiani vocantur, & schismatici existunt, sed non alienam fidem habent, solum priuatiu de eo, quod secundum imaginem est contententes, non propter fidem rebellantes & seipsos separantes, neque propter aliud quid, quam per vitroneam iusticie arrogantiam, eo quod non societatem habent cum episcopis & presbyteris aurum & argentum possidentibus: & eo quod pascha faciunt, quo tempore Iudæi faciunt, & horum gratia seipsos abscedentes, & ab vnitare orthodoxæ ac rectam de fide sententiam habentis Ecclesiæ abalienantes. Nam qui non acceperunt Spiritum Sanctum, non didicerunt profunditates Dei, & ad has hæreses fracti sunt, & ad sectarum per occasionem nugas. Relicta enim veritate ad multas calles transierunt, alias aliter & alia sentientes ac fatuentes. Dicit autem idem sanctus apostolus, declarans nobis ob quam causam hoc dixerit: *Nos autem Spiritum Dei accepimus, vt sciamus que à Christo donata sint nobis, que etiam loquimur, non sermonibus quos docet humana sapientia, sed quos docet Spiritus Sanctus; spiritualibus spiritualia comparantes.* Spiritus itaque Dei non alienus est à Deo. Si enim à Deo alienus est, quomodo profunditates Dei perferatur? At dic mihi tu vanæ gloriæ appetens, qui teipsum impugnas, vt ne dicam Spiritum Sanctum Dei, dic mihi vanissime homo, cur bello impetis eum qui bello expugnari non potest? Quid pugnas contra inexpugnabilem? durum est tibi aduersus stimulum calcitrare, teipsum scandalo afficere, & non verbum: teipsum capis, & non spiritum: teipsum à Dei gratia abalienas, & non Filium à Patre, neque Spiritum Sanctum à Patre & Filio. Omnino enim dicis iuxta versutam calliditatem. Audi enim iam aliquos vanè sapientes, qui Dei & Saluatoris nostri veritatem in blasphemiam transferunt, ac dicunt, scrutatur quidem profunditates Dei, sed non comprehendit: eo quod non additum est ad dictum illud, hoc verbum, sed solum dixit apostolus, *Perferatur profunditates Dei:* & non additum est, *comprehendit.* O ingentem stoliditatem. Opus enim erat ò phanatrice, postquam dixit *perferatur*, dicere, *comprehendit?* Nam iuxta tuam amenciam clauda reperiri possitres, non apposita voce. Nunc vero non relinquatur tibi prætextus. Vndiquaque enim congregat Scriptura pientissimo viro veritatem. De omnipotente enim Deo sic scriptum est,

Deus examinans renes, & perferans promptuaria ventris. Si vero examinans renes, ergo non nouit, quoniam examinans, aut totam cognitionem in examinando pronunciauit? Perferans autem promptuaria ventris, rursus non additum est, comprehendens: ergo nisi additum fuerit dicto, comprehendit: mortem mihi procurabo, annectens ad dictum, non comprehendit, iuxta tuum ò stolidè sermonem? Sic igitur & de Spiritu Sancto dictum est, quod perferatur, & non opus erat dicere, quod etiam comprehendit. In ipso enim dicto declarat, quod est in Spiritu Sancto cognitio Dei, & profunditas Dei. & quamuis non dicat, comprehendit: hoc ipsum mihi intellige, & ne animam tuam perde. Sicut enim de Patre non audendum est dicere perferatur, & non comprehendit. Ipse enim hominem creauit, cum Filio & Sancto Spiritu. Semper enim Trinitas Trinitas, & nunquam additionem accipit. Sic sanè etiam de Sancto Spiritu intelligendum est. Quum enim dicat Scriptura, quod fecit hominem, *In principio enim fecit Deus eorum & terram:* indicat patris vocem conuocantem ad opificium: & quum dicat, *Faciamus;* de Filio ac Sancto Spiritu utiq; eum dicere dixerim. Sic enim dicit Scriptura, *Verbo Domini celi firmati sunt, & Spiritus oris ipsius omnis virtus ipsorum.* Simul itaque creat verbum cum Patre, simul creat etiam Spiritus Sanctus. Qui itaque fecit hominem omnipotens Deus, non nouit quæ sunt hominis, perferans promptuaria ventris? Imò maximam Dei cognitionem hic sermo declarat, hoc dicens, vt ne quid inter vos peccatores, putet adhuc à Deo occultatum esse. Ipse enim nouit hominem, & quæ sunt hominis. Perferatur itaque Pater promptuaria ventris, & nouit: perferatur Spiritus profunditates Dei, & nouit. Reuelat enim sanctis Dei mysteria, & docet profunde Deum glorificare, & huius incomprehensibilitatem suis ostendit. Ergo non est alienus à Deo Spiritus. Non enim dixit de Angelis, *perferatur profunditates Dei:* neque de Archangelis. Nemo enim nouit diem, neque horam, inquit Filius Dei, neque Angeli celi, neque Filius, nisi Pater. Putant autem stolidi, qui non sunt orati Spiritu Sancto, num est quid in Patre, quod non est in Deitate Filii? Sicut enim habet Pater vitam in seipso, sic habet Filius vitam in seipso. *Et omnia que sunt Patris mei, mea sunt,* inquit idem Dei sanctum Verbum. Quæ vero sunt ea que Patris sunt, quam hæc? Deus, Patris est: hoc etiam Filii, vita Patris est: hæc etiam Filii. Lux Patris, nimirum etiam Filii. Immortalitas Patris, similiter etiam Filii. Incomprehensibilitas Patris, itemq; Filii. Omnia que Patris sunt, Filii sunt. Si itaque ea que Patris sunt, ipsius sunt: etiam cognitio que est in Patre, & in Filio, & in Spiritu Sancto est. Si vero quis putat Filium ignorare diem, discat indoctus, & ne maledicatur. Proponam n. ipsi cognitionem, & cognoscat. Dic mihi ò dilecte, dilectum n. te voco, neminem enim odi, nisi solum diabolum, & opera diaboli, ac peruersam fidem: propter te vero preces effundo, vt venias ad Dei veritatem, & ne teipsum perdas in blasphemiam in Deum. Profunda n. sunt verba sancti Dei, verum per Spiritum S. dona dantur. Alii enim, inquit, datur sermo sapientie, alii sermo doctrine &c. idem autem Spiritus diuidens vnicuique sicut vult: quo tibi ostendat, etiam Spiritus sancti autoritatem. Quum enim idem Spiritus omnibus dona det, sicut vult, roga itaque Patrem vt reuelet tibi Filium, & roga Filium vt reuelet tibi Patrem: & rursus roga Patrem vt det tibi Filium, & reuelet tibi S. Spiritum, & det tibi ipsum habere in te, quo datus in te S. Spiritus, reuelet tibi omnem cognitionem Patris & Filii & Spiritus sancti: vt discat quod in Filio non est vlla ignorantia, neque in sancto Spiritu. Etiam si enim Angeli destituuntur maiore potestate ac cognitione, absit vt etiam Filius Dei & sanctus Spiritus destituantur. Spiritualiter autem dicit Deus, qui à Patre venit ad nos sanctum verbum. Verum animales diuidunt non intelligentes Filii sapientiam, imo potius sapientie sermonem. Interroga te, & dic mihi, vtrum maior est Pater, aut dies illa de qua dicit? Non audebis dicere Patre non esse maiore. Si igitur maior est Pater, & die & hora, & omnib. ab ipso creatis ac creandis, & nemo ipsum

Neque Filius nouit, quomodo accipendit.

D Spiritum sanctum impugnant.

S. Epiphaniij opera.

2

cognoscit

A cognoscit nisi Filius: vtrum igitur maior, cognoscere Patrem, aut illam diem? Manifestum est, quod cognoscere Patrem. Quomodo igitur maiora nouit, minoribus destitutus est? Si itaque cognoscit Patrem, cognoscit omnino etiam diem. Et nihil est quod destituitur in cognitione filius. At dicitis quod maior existens Pater, omnium cognitionem habet: Filius vero nequaquam, quemadmodum etiam ipse dicit, *Pater meus maior me est*. At hoc honorans Patrem Filius dicit, velut decebat eum qui amplius honoratus est à Patre. Oportebat enim vere genuinum Filium honorare proprium Patrem vt ostenderet ingenuitatem. Quomodo vero tu putas maiorem esse ipsum, circumferentia, aut mole, aut tempore, aut temporis parte, aut dignitate, aut deitate, aut immortalitate, aut aternitate? Ne pures hæc. Nihil enim in deitate in quale est ad Filium, sed prout Pater Pater est, & prout Filius genuinus, honorat suum Patrem. Neque enim mole fertur Deus, vt mole excedat Filium Pater: neque temporis subiacet, vt tempore Pater Filium excedat: neque iuxta mensuram in alio locum habet Pater (omnia enim ipse continet, & à nullo continetur) vt Filius inferior intelligatur: Sedet enim in dextra Patris, & non dicit, Introiuit ad Patrem: quod Sabellium destrueret, & Arium subuerteret cum sua blasphemiam. Quapropter ne quæras non quærenda, sed honora Filium, vt Patrem honoras. Quum autem audis de Deo, *Nemo bonus est vnus Deus*: num audebis propterea quod Filius excellenter honorat Patrem, pronunciare Filium non bonum? Neque enim negans seipsum bonum esse, Patrem bonum dicit: vno tanto magis seipsum reuelat in hoc, quod honorem ad proprium suum Patrem refert, quo à bonitate Patris cognoscatur noticia bonitatis Filii Dei, à bono Patre Deo geniti. Multa est enim imbecillitas eorum qui tale de Filio dicere audent. Etsi enim dixerit, *Vnus est bonus Deus*, ecce in multis docet Scripturas, bonum vocans puerum pauperem & sapientem. *Et bonus erat Samuel cum Domino & hominibus, & bonus erat Saul filius Cis ex tribu Benjamin, aliorum vniverso populo Israel ab humeris & sursum*. Et, *Bonum est ire in domum iuctus, magis quam in domum conuiuui*. Et, *Aperi Domine caelum thesaurum tuum bonum*. Et, *Bonus sermo pro dono*. Et, *Bonus carnis viuens pro leone mortuo*. Et, *Bina duo pro vno*. Et, *Bonus finis seruorum praenitio*. Et, *Si vos mali quum sitis, nouistis bona dona dare filijs vestris: de pisce & pane dicens*. Quomodo igitur audebas cogitare, filium abnegare suam bonitatem, & non propter excellentiam honoris Patri ferre bonitatem: videbat enim dicentem ad ipsum, *Magister bone*: dicentem ore, & non corde, & redarguere ipsum volens, quod non labijs ipsius crederet, sed cor redargueret, quemadmodum etiam in alio loco dicit, *Quid mihi labijs dicitis Domine Domine, & non facitis sermones meos*: Et hic volebat ipsum redarguere: appellabat enim ipsum bonum magistrum, & non manebat in sua fide, vt crederet in ipsius bonitatem. Ipsum itaque sanctum verbum vivens in substantia, rex ille celestis, Filius genuinus, qui semper est cum Patre, qui ex Patre prodiit, splendor gloriæ, character substantiæ, imago Patris in veritate, ille eiusdem throni cum eo qui ipsum produxit, cuius regni non erit si finis: index ille viuorum & mortuorum, qui sapientia est ex sapientia, qui fons est ex fonte (*Me enim, inquit, reliquerunt fontem aque vite, & effoderunt sibi ipsi lacus contritos*) fluius ille perpetuus, qui ex hilarat suo cursu ciuitatem Dei, quo ex fonte prodiit, ex quo fluius (inquit) ex ventre ipsius fluent, sceptrum Davidis, radix Iesæ, filios ille ab ipsa, leo, Rex ille ex tribu Iuda, ouis illa rationalis, lapis viuens, magni consilij Angelus, homo in veritate natus, & Deus in veritate existens, non mutata natura, neque alterata deitate, qui genitus est in carne, verbum incarnatum, *verbum caro factum*, quod habet ante vocem *Factum*, interpositam vocem *Caro*. Verbum enim non dicit, *factum*: sed post verbum, in finitue ponit, *caro*. Et post vocem *caro*, dicit, *factum est*: quo *factum est*, ex Maria proberur, quo verbum quod ex supernis à Patre descendit, intelligatur. Hoc sanctum viuens verbum, ille apud Patrem Deus, magni consilij nuncius, qui annunciat consilia Patris, Pa-

ter futuri sæculi: ipse dixit, *Nemo nouit diem & horam, neque Angelus qui in caelo sunt*. Etenim non sciunt, quod Iesus spiritali intellectu dicit, *nisi solus Pater*. Si itaque nouit Filius Patrem, maior autem est Pater & die & hora, & nemo ambigit: quomodo igitur, qui maior nouit, minus ignorat? Neque enim nouit quis Patrem, nisi Filius: & nemo nouit Filium, nisi Pater. Sicut enim magnus est Pater, quia nouit Filium: Ita & Filius magnus, quia nouit Patrem. Si itaque nouit Patrem, quod maius est: quomodo ignorat id quod minus est, hoc est, diem & horam? Persecratur Scripturas diuinas, & disce sancti Spiritus virtutem: & ipse Spiritus, qui nouit Patrem & Filium, reuelabit tibi verbi Filii Dei notionem, vt ne à veritate aberres, & animum tuam perdas. Dux enim sunt notiones in diuina Scriptura, duæ cognitiones: vna secundum actionem, altera secundum scientiam & noticiam. Quo vero ab exemplis similia producam, ad hoc vt erronea mentua & eorum qui sic sentiunt, per multa exaquetur: disce quid dicat Scriptura de Adam. *Erant, inquit, nulli in paradiso, & non verecundabantur*. Cæci autem non erant, videbant enim. Si enim non vidissent, quomodo conspexissent lignum, quod bonum esset ad cibum, & aspectu pulchrum? *Et accipiens, inquit, mulier comedit, & dedit viro suo, qui cum ipsa erat*. Ergo non erant cæci, sed apertos habebant oculos: quum nudi essent non verecundabantur videntes, & quum nudi essent seipfos videbant. Videbant autem secundam scientiam, non secundam actionem. Postquam enim eiecti essent ex paradiso, vbi comedissent de ligno, post multum tempus (inquit) cognouit Adam Eam vxorem suam. Quomodo itaque erit hoc, & quidem quum viderant se mutuo dum nudi essent? At conspexerat ac cognouerant seipfos visu, sed non acta. Scriptura autem mutuum coniunctionem, dixit cognitionem. Et solet cognitionem & cognitionem dupliciter appellare, Rursus enim sic dicit, *Cognouit Iacob Liam vxorem suam, & concepit ac peperit*. Et prius quidem cognouerat ipsam, cum ipsa enim septem annis pauerat oues Laban patris ipsius: verum cognouerat etiam cognitione per visum & notionem: cognouit autem postea per actionem. Et cognouit Rachel vxorem suam. Et rursus alio loco, *Et conuenit David, inquit, & regerant ipsam vestibus, & non calefcebant*. Et dixerunt Regi, *Queratur virgo pulchra, & inuenta est Absise Sunamitis*, & inquit, *adducta est ad regem, & condormiuit ipsi, & conuouit ipsum, & non cognouit ipsam David, que cum ipsa erat, corpus que applicauerat, & collateralis fuerat*. Quam igitur cognitionem dicit, eam que per visum, aut eam que per actum contingit? Et nouit Dominus qui sunt ipsius. igitur eos qui non sunt ipsius, non nouit? Et *Discedite à me operatores iniquitatis: nunquam enim cognouit vos*: ergo est ignorantia in Filio Dei & Etrursus, *Vos nouit ex omnibus gentibus*: Ergo gentes reliquas ignorat? absit. Sed nouit diuina Scriptura cognitionem, aliam secundum noticiam, aliam secundum actionem. Quandoquidem igitur vnigenitus Patris implens voluntatem, ostendit iam omnia perfecta. Nouit enim Pater horam & diem, nouit ipsam, & secundum noticiam, & secundum actionem, nouit enim ipse omnia: etiam in eo quod dicit Filius, *Pater omne iudicium dedit Filio*: etiam non iudicans, per hoc quod dedit Filio, ipse iudicat. Non enim abalienatus est Deus à iudicando eos qui iudicauerunt, & in eo quod non iudicat Pater, iam iudicauit. Filius autem nouit quando veniet: ipse. n. fert ipsam diem, & ipse decernit, & ducit, & perficit. Dicit enim, *Sicut sur in nocte veniet dies illa*. Et dicit, *Non erit in nocte quod dies in tenetis vos apprehendat*. Si igitur serui Christi, Dei filij sunt, nunquid ipse filius ferens diem ignorat, quo ipsum dies apprehendat, & magis ipse diem ferat? Quis hæc secum cogitans non male dicit, dum non euenientia de Patre & Filio cogitat, & Pater quidem nouit diem & horam secundum duos modos, secundum notionem, & secundum actionem. Nouit enim quando veniet, & rursus iam iudicauit, dum Filium iudicare decreuit, & cognouit secundum actionem. Filius v. Dei nouit quidem quando veniet, & ipse fert ipsam & non ignorat, verum nõdũ fecit ipsam secundum cognitionem, hoc est, secundum actionem. Amplius enim adhuc impil-

Pater meus maior me est, quomodo i relligendum.

Nemo bonus nisi vnus Deus quomodo accipiendū.

Epitheta Verbi filij Dei.

E

Cognitio non in se ipsa

F

G

H

Cognitio non in se ipsa

Cognitio Filij quæritur

sunt

S. CYPRIANVS
S. EPIPHANVS
S. IULIANO

A sunt, & increduli fidem non habent, & peruersam fidem habentes maledicunt, & diabolus operatur, & peccata fiunt, & iniusticia dominatur, & iudicium patiens est, donec veniat & cognoscat ipsum secundum actionem, & faciat vltionem, & seruet eos, qui in veritate in ipsum sperant, & non ipsius Deitatem blasphemis impetunt, Patris & Filii & Spiritus sancti. Ceterum sanctis angelis talis dignitas deest secundum duos modos. Honorati equidem sunt, à Patre & Filio & Sancto Spiritu hoc adepti, deest autem ipsis hoc. Non enim nouerunt, quando ea, quæ sunt decreta, fiunt. In propria enim sua potestate posuit pater tempora. Si autem Pater in filio, & filius in patre, ergo non deest potestas filio, quæ est in patre: deest autem angelis, creati enim sunt angeli & archangeli & potestates. Pater autem increatus, Filius increatus, Spiritus Dei increatus. Non igitur sciunt angeli, neque secundum noticiam, neque secundum actionem, diem & horam. Non enim sciunt quando vult pater & filius & Spiritus sanctus diem inferre, & non sciunt secundum cognitionem actionis. Nondum enim præceptum est ipsis, ut egrediantur ac colligant zizania, & ligent fasciculos, ut comburantur igni inextringuibili. Nondum itaque neque fecerunt, neque nouerunt. Pater autem nouit & fecit. Filius vero nouit quidem, nondum autem fecit. Atque hoc est, nisi pater solus, neque angeli, neque filius. Consideremus itaque virtutem Scripturæ, ut ne fiat nobis litera mors. *Litera enim, inquit, occidit, Spiritus autem viuificat.* Accipiamus Spiritum, ut ex litera vitæ vitam accipiamus. Non litera occidit, in litera est vita. Occidit autem imprudenter ad literam accedentem, & non habentem spiritum interpretantem, qui ad literam aperit, & quod in ipsa est reuelat. Hic igitur Pater sanctus vnigenitum Filium suum genuinum ex ipso genitum, & sanctum suum Spiritum dedit Ecclesiæ suæ, in vna concordia cognitione, in vno perfectionis vinculo: quo in nomine Patris perfecti & Dei sigillum capiamus, & in nomine Filii perfecti & Dei, in nomine Spiritus diuini & perfecti signaculum feramus. O Sancta Trinitas, quæ Trinitas in vno nomine numeraris. Non enim dicitur vnitas & dualitas, neque vnitas & vnitas, sed vnitas in Trinitate & Trinitas in vnitate, vniformiter, vnicò nomine, vnus Deus, Pater in Filio, Filius in Patre, cum sancto Spiritu. Voca mihi testes veritatis. Voca mihi pueros ex fornace Babylonis seruatos, qui digni facti sunt vt in ignem mitterentur, non autem consumerentur, non vt extinguerent ignem, vt ne deprehenderetur noua opera contra moliri, sed vt essent quidem in igne, non autem consumerentur in igne, propter rectam ipsorum fidem: Deo per ipsos nos docente, quæ sint creata, quæ increata, quæ facta, quæ non facta, quæ semper existentia, quæ ex ipsis facta sunt. Tales pueri seruati, gratam erga Deum mentem declarare voluerunt, qui ipsos seruauit, in quem ab initio sperauerunt & non hæsitauerunt, & non inclinauerunt ceruicem imagini & temeritati tyrannidi regis. Et quum vellent aliquid tribuere Deo, vbi perferuati essent profunditates per sanctum Spiritum in corde, vt qui sancti erant, & considerassent cælum & omnia quæ in ipso sunt, terramque & omnia quæ sub ipsa sunt non digna esse vt Deo in oblationem offerrentur. Neque enim habebant potestatem, ea quæ super ipsos erant Deo offerendi, & pro dignitate quidem, & iuxta facultatem volentes solum hymnis Deum celebrare. Hoc enim est, quod scriptum est, *Sacrificatio sacrificium laudis.* Et, *Sacrificium laudis glorificabit me.* Iam enim transinuerant vetus in nouum Testamentum à Spiritu sancto stimulari, non animalium, non holocaustorum vsum habentes. Dicunt enim, non est locus sacrificandi, neque hostia, neque altare, velut omnibus ablatis: volentes autem talem laudem offerre, omnia sua ipsorum tenuitate, humiliter feruntur. Omnis enim qui seipsum exaltat, humiliabitur: qui vero humiliat seipsum, exaltabitur, & cum hac gratia suæ ipsorum salutis, accipiunt etiam hoc donum humilitatis, & laudem Deo offerre volunt, & non malis delatati accedere. Et vbi expendissent seipsos ad inenar-

abilem Dei glorificationem, dignantur secum assumere creaturam ad glorificationem, & incipiunt dicere comprehendentes omnem creaturam, & distinctis officijs ab officio, & creatis à creatore, dicunt: *Benedicite omnia opera Domini Dominum.* Omnia dixerunt, nihil reliquerunt. Quo vero Spiritus sanctus delinect perfectam cognitionem, ad hoc, vt sciamus qualis sit Deus, & qualia quæ ab ipso facta sunt, vt ne sempiterno ea, quæ ex nihilo facta sunt admisceamus, vt ne mentem nostram perdamus: numero omnia collegerunt. Reuelabat enim ipsis Spiritus sanctus, velut dignis factis vt simul cum Angelis essent, & Angelorum contubernales forent, omnia quæ in cælis sunt, & in terra, & sub terra. Et de cætero non ignorabant, & dicunt iidem sancti pueri, velut dixi: *Benedicite omnia opera Domini Dominum.* Et incipiunt numerare ac diuidere, qualia opera, qualia quæ fecerunt, qualia officia, qualia quæ operantur, qualia effecta. Et numerant cælum, terram, aquas supra cælum, & Angelos, creati enim sunt Angeli: & Thronos ac Potestates, creata enim hæc sunt, & Solem ac Lunam, facta enim hæc sunt, & non increata, & nubes, ventos, nimbos, niues, fulgura, tonitrua, terram, mare, fontes, abyssos, fluuios, omnem humanam naturam, montes, volatilia cæli, pecora & animalia, animas Sanctorum, spiritus Iustorum, Ananiam, Azariam, Misael, sacerdotes ac seruos Dei. Omnia enim hæc facta sunt & creata, à Deo facta per Verbum & Sanctum Spiritum. Verbo enim Domini firmati sunt cæli, & Spiritu oris ipsius omnis virtus ipsorum. Vide vero dilecte frater, quomodo omnia enumerauerunt ex Spiritu sancti doctum, & non enumerauerunt Filium inter creaturas, imo neque Spiritum Sanctum. Sed nouerunt eandem Deitatem esse in Trinitate, & eandem Trinitatem esse in vna Deitate. Et glorificauerunt Patrem in Filio, & Filium in Patre, cum Sancto Spiritu vnam sanctificationem, vnum cultum diuinum, vnam Deitatem, vnam glorificationem. At omnino & hoc audeat diabolus inter homines mouere, vt sint, qui incredulitatem contra sanctos pueros effingere ac ementiri audeant, & dicere: Non nouerunt nomen sancti Spiritus, Iudæi enim erant: & neque Filium nouerunt, quum Iudæi essent. Statim autem verba ipsa redargunt illorum malam opinionem habentium incredulitatem. Dicit enim, *Et erat facies quarti, sicut facies Filii Dei.* Ecce nomē Filii Dei. Ergo non est ignorantia de hoc, etiam ante tempus fornacis, quando repletus fuit Daniel Spiritu Sancto & dixit, *Puerus ego à sanguine ipsius: & reuersi sunt ad iudiciale forum, & iudicauit presbyteros Spiritu S. impletos.* Ergo nouerunt Filium, & nouerunt Patrem, & Spiritum Sanctum. Et non ignorantie gratia non dixerunt nomina, sed securitatis causa: *Benedicite omnia opera Domini Dominum: & non dixerunt, Benedicite Filii Dei Dominum, neque benedicite Spiritus S. Dominum: sed, Benedicite omnia opera Domini Dominum.* Et ne quis ex his, qui sibi ipsis prætextus venantur dicat, quod non dixerunt Cherubim & Seraphim, ergo neque hæc sunt opera Dei. anticipauit enim diuinum verbum, vt muniret nos ab his, qui fraudes sibi ipsis excogitant, prænoscentes in ipsos & in pueros perniciem. Tripliciter enim duplicauerunt hymnum iidem sancti pueri, creata facta in hymnum Dei proferentes, vbi prius dixissent: *Benedictus es Domine Deus Patrum nostrorum & laudatus ac glorificatus nomen tuum in secula.* Deinde post alia, *Benedictus es qui sedes super Cherubim.* Et rursum, *Benedictus es qui sedes super thronos gloria regni tui.* Et, *Benedictus es qui vides abyssos, sedens super Cherubim:* Quo ex eo quod dicitur thronum, intelligas Seraphim & Cherubim, & à nomine Cherubim & abyssorum, & throni sanctificari, & ex reliquis omnibus nominibus, intelligas ex numero omnium nominatorum, quod ex operibus, sunt aliis connumerata. Vbi enim hæc omnia ad hymnum vocauerunt, statim inferunt dicentes, *Benedicite omnia opera Domini Dominum:* quo Gabriel & Michael benedicat Patrem & Filium & Spiritum Sanctum. Sancti autem Angeli in cælo victoriam hymnum canunt, cum Seraphim & Cherubim Trinitatem concorditer & æqualiter & coessentialiter,

Angelorum ignorantia.

Nisi Pater solus.

Hymnum trium puerorum.

S. Epiphani Opera.

Z 3

glorifican.

A
Tergemini
sanctus.

glorificantes ac dicentes, Sanctus, sanctus, sanctus, tres voces abfoluentes, in vnitatem dicentes, non multis vocibus. Non enim dicunt sanctus quartum, vt ne addant Trinitatis nomen creature: non dicunt bis sanctus, vt ne defectuosa sit gloria perfectionis: Sed ter, vt Patrem & Filium & sanctum Spiritum, in eodem honore sanctificent. Et non dicunt sanctus & semis sanctus, sed æqualiter dicunt sanctus, vna voce & vno sermone & vna perfectione Trinitatem glorificantes simul in vnitatem, & vnitatem in Trinitate. Nam vt hanc cognitionem nos doceret, vnigenitus Dei venit, hunc intellectum sanctus Spiritus nobis prædicauit, hanc perfectionem Pater nobis reuelauit, hanc vitam in veritate largitus est nobis Verbum incarnatum. Hanc ædificationem ædificauit nobis sanctus Spiritus. Si quis super ædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, scænum, stipulam, non enim est aliud fundamentum. Nam fundamentum aliud nemo potest ponere, præter hoc quod positum est, quod est Iesus Christus Filius Dei cuius sumus ædificatio, & cuius sumus agriculturalio, ædificati super fundamentum Prophetarum & Apostolorum, vt sciamus nostram ædificationem solidam esse in veritate, & nostrum fundamentum semper esse, & non incepisse esse. At non in omnibus est hæc cognitio iuxta Apostolicum sermonem, sed in his qui digni facti sunt Spiritu sancto vt sciunt mysteria veritatis. Ipse enim qui reuelauit seipsum & Patrem suum, & sanctum Spiritum, reprehendens quosdam de ignorantia, dixit: Non nouistis Scripturas, neque virtutem ipsarum. Et rursus alibi, Qui habet aures ad audiendum, audiat. Et rursus, Si nouisset, quis est qui querit à te potum, tu sane petiisses ad Samaritidem dixit. Et rursus, Nescitis cuius spiritus estis. Igitur cognitio non est in omnibus, dona enim habet ex Deo diuersa. Et sanctum Verbum dicit, Cui datum est amplius, ab eo amplius exigent: tanquam aliqui acceperint partem, aliqui omnino nihil, alii vero abundantius. Et quod hæc sic se habeant, ex his que in diuinis Scripturis dicta sunt, inuenire licet: quum plurima in diuina Scriptura spiritaliter dicantur, maxime de nostra vita, & de Domini cognitione. Que enim sunt profundiora, & verba animam nostram amplius incertam facientia: ea offendiculum conferunt his, qui cognitionem Dei non acceperunt, quemadmodum dicit Oseas Propheta, Quis prudens, & intelligit hæc? Et, cui verbum cognitionis Domini datur, & cognoscet ipsa? quoniam recte via Domini, impii autem offendunt in ipsis. Recte equidem sunt, verum impii offendunt ad vias Domini, quum hæc nullam culpam apud homines habeant offendiculum ipsorum. Qui itaque offendunt ad lapidem offensionis, indifferenter offendunt. Offenderunt enim ad lapidem offenculi, & scandalum passi sunt. Statim etenim Iudæi videntes vnigenitum Filium Dei in carne venisse, diuina signa operati, & non digni facti cognitione cælesti, dicebant: Quis est homo hic qui loquitur blasphemias? Et alibi, Si esset homo hic ex Deo, non vique soluisset sabbatum. Igitur Deitatem ignorabant, hominem vero nudum solum ipsum putabant. Alii vero qui etiam Deum ipsum cognouerunt, ignorantes perfectam ipsius gloriam, vbi audierunt ea que in profundo de ipso dicta sunt verba, & iuxta peractam in nostram salutem dispensationem errantes ac offendentes, in ipsius Deitate peruersam opinionem habent. Intelligentia enim ipsos seducit. Quemadmodum enim Iudæi offenculum passi sunt vbi audierunt, sic etiam ipsi audientes offendunt. Illi enim videbant, que in Prophetis sunt prædicta, verum in aduentum Christi in carne completa ignorant, perturbati sunt. Et hi rursus propter dispensationem ipsius eadem prædicta audientes, & nudo modo ipsa intelligentes turbantur: & in suam ipsorum subuersionem proponunt, que ad nostram ædificationem pertinent, & dicunt: At dixit, Ego abeo ad Deum meum & Deum vestrum, & Patrem meum & Patrem vestrum. Vides quod & ipse vnus est de creatis, ita enim blasphemantes dicere audent. Vides itaque quod fallit ipsos aduentus in carne dispensatio. Repetant enim ab initio, & interrogent

B

Cognitio
in omnibus

C

D
Innocentium
ignorantia.

Deus meus
& Deus
vester.

tempora aut temporum partes. Transiit enim ipse, inquit, à diebus seculi. Videamus itaque ea que ante hæc sunt. Dicit Pater, Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem & non dixit, Faciamus hominem secundum imaginem meam. Redarguere tu qui habes cor induratum, iuxta id quod scriptum est, Sed induratum est cor ipsorum: & dicit Filium esse semper apud Patrem. Nam dicere, Faciamus: Non vnus significatiuum est, sed Patris dicentis ad Filium. Redarguere tu qui dicis Filium inæqualem Patri. In hoc enim quod dicit ipse, Secundum imaginem nostram, non discreuit similitudinem Filii à Patre, neque distinxit quid inter idem Patris ad Filium. Non enim dixit, Secundum imaginem meam, aut secundum imaginem tuam: sed Patris & Filii & sancti Spiritus vnari essentiam indicauit & deitatem. Dicit enim secundum imaginem nostram & ad similitudinem: vtsi quidem vna Patris & Filii & Spiritus sancti deitas, homo verus factus sit secundum imaginem vnus deitatis Patris & Filii & sancti Spiritus. Redarguere & tu Ari, & audi Patrem dicentem ad Filium, Faciamus & cooperificem vocentem Filium. Sæpe enim audiui quosdam dicentes, Quod Filius fecit nihil, sed per ipsum facta sunt, que facta sunt. Si per ipsum facta sunt, etiam ipse fecit, velut clare demonstratum est. Nam principalis artifex verbum omnia fecit, & per ipsum Pater operatur. Audiant enim ipsum clare dicentem, Pater meus operatur vique vnus, & ego operor. Et hic Patrem suum, cooperificem vocat, in eo quod dicit hoc. At rursus ne te decipiat sententia intelligentia, & ne accesseris ad Filium velut feruum, & non sicut ad verum Dominum. Si enim seruus erat & non verus herus, quomodo formam ferui suscepit, vbi venit qui est in forma Dei? Quomodo vero illius cooperificem vocabat seipsum, si non habebat cooperificationem? Proinde velut Deum perfectum accedat Filium, & Filium genuinum existentem à Patre, & ne dixeris ob peruersam opinionem: At Pater dixit ad Filium, Faciamus, Filius autem non dixit ad Patrem, faciamus. Et Filius non dixit, Ego operor, & Pater meus operatur, sed Patrem locat primum dicentem & operantem. hæc enim stolidè dicis, & iuxta multa principia Deum consideras. Vnum autem est principium, & idem vna deitas. Nusquam vero in Deo Filius dicit, Deus meus: non negante Filio honorem erga Patrem, & inquam, sed quomodo habet deitatis consequentia, declarante. Et rursus, Audiuisti Adam, inquit, Deum ambulanti in paradiso sub crepusculum & nusquam dicit Filium, Deum meum & Deum vestrum, sed Deum per se perfectum hic dicit. Et rursus, Et loquutus est Deus ad Noe: & nusquam habetur talis locutio. Et, Vixit est Deus Abraham, sedente ipso ad quercum Mambræ & ecce tres viri, & occurbat in obuiam vnam atque occursum, & adorauit super terram, & dixit. Si inueni gratiam coram te: quo vnus ostenderet Deum, eos vero qui sequebantur ipsum, alios duos Angelos ipsius. Huius enim gratia etiam ascendit Deus ab Abraham. Ipse vero qui venit ad ipsum, dicit: Num occultabo quid à Filio meo Abraham? Clamor, inquit, Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est apud me, & c. & nusquam inuenitur in his temporibus, Deus meus & Deus vester. Et ingressi sunt duo viri Sodoma: tanquam eo quia descendit supra Abraham relicto à duobus qui ingressi sunt in Sodoma ad subuersionem. Veram de eo quia descendit, dicit Scriptura: Et pluit Dominus super Sodomam & Gomorram à Domino ignem & sulphur: & non erat opus locutione vt diceret, Deum meum & Deum vestrum. Et Moyses in Cantico dicit: Et adorant ipsum omnes Angeli Dei. Si vero dixit, Angeli Dei, & ignem à Domino: & non dixit Angeli solum, dicit sane hoc, vt ostendat Patris & Filii vnum regnum, Angelis non diuisis in principatus, sed Angelis Dei existentibus, & adorantibus, Filium & Deum. Angelus enim non adorat Angelum: & nusquam hic, Deus meus & Deus vester. David autem ait: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Dominus enim dicit Domino meo. Nam dispensatio carnis nondum erat, cuius gratia opus erat.

E

F
Trinitas
creatura.

G
Filius
gloriam
omni
muentis.

H

plum

S. CYPRIANUS
S. EPIPHANII
OPERA

A psum dicere, Deum meum & Deum vestrum. Ecce virgo concipiet in utero, & pariet Filium, & vocabis nomen ipsius Emmanuel, quod est, si interpretetis, nobiscum Deus, & nondum licebat dicere, Deus meus & Deus vester. Et tu Bethleem domus Ephraim, non minima es ut sis in millenario numero urbium Iuda, ex te enim egredietur, qui erit mihi in principem in Israel. Et transfuitus ipse ab initio a diebus seculi. Et iuxta alia exemplaria, Et tu Bethleem non es minima in principibus Iuda: ex te enim egredietur Dux & pascet populum meum Israel. Et vides quod nondum opus erat dicere, Deum meum & Deum vestrum. Quando vero prophetia implebatur Hieremias & Eliaz similiter, ut ex virgine natum esset verbum, & carnem haberet, quemadmodum Hieremias dicit, Et homo est, & quis agnoscat ipsum? tunc paticeps carnis, & efformata in seipsum eadem sancta carne, sine semine viri ex Deipara Maria, iuxta id quod dictum est, Factus ex muliere: & paticeps nostri, propter nostrum dicit Deum meum: propter sempiternitatem vero suae ingenuitatis secundum naturam dicit, Patrem meum: & propter gratiam ipsius erga discipulos suos, Patrem vestrum. Verum propter naturam ipsorum discipulorum, ad ipsius & sempiterni Patris ipsius deitatem dicit, Deum vestrum: Deus enim eadem sancta Virgine per Spiritum sanctum. Considerent itaque profunditates tractationis Dei, & ne conuertant gratiam in ingratitude, glorie privationem reputantes inenarrabilem ac incomprehensibilem Dei naturam, salutem in nos colatam. At inquit, de Deo scriptum est, Non esset, neque sitit, neque est presertim sapientia ipsius: De Filio vero, quod esset in deserto in tentatione. Et dicit Scriptura Deus noster non fatigabitur: Dominus autem Iesus fatigatus est itinere. Et, Non dormit, neque dormiet, qui custodit Israel: dormiunt autem, inquit, Dominus in naue. O vanae suspiciones eorum, qui talia cogitant. Non enim solum nostra onerata suscepit sanctum verbum, ubi propter nos venit, sed etiam sub contactum venit, & carnem accepit, & homo inuentus est, & a scribis comprehensus est, & dorum flagris praeiuravit. Et faciem meam non auerti a turpitudine insipientium. Sed & fleuit, velut in Evangelio secundum Lucam habetur in incorrectis exemplaribus, & vitur eo testimonio sanctus Irenaeus in opere contra haereses, aduersus eos qui Christum in apparentia apparuisse dicunt. Verum orthodoxi sustulerunt verbum, timentes & non intelligentes ipsius finem, ac vim, & robur. Et constitutus in anxietate sudauit, & fuit sudor ipsius velut guttae sanguinis, & conspectus est Angelus confortans ipsum. Et non hoc solum sed etiam sicut homo interrogat, Vbi posuisti Lazarum, & de labore ex sanguinis profusione, Qui me attingit? & de quaerentibus ipsum, Quae queritis? Sed & discipulos velut homo interrogat, Quem dicunt me homines, esse Filium quem hominis? Sed &, Quot panes habetis vobiscum? dixit. Et fatigatus ex itinere sedit ad puteum in Samaria. Et, Puer creoscebas & confortabat Spiritum. & Proficiebat aetate ac sapientia Iesus. Sed & priusquam nosset Puer vocare patrem aut matrem, capiet vim Damasci, & spolia Samariae, qui sapientia est, & docet homines cognitionem, & plantauit autem homini, & articularem fecit loquelam filis hominum, & fecit linguam claram egre loquentium. Talia omnia sustulit pro nobis, quo omni consequentia incarnationis propter nos dispensatae custodia, characterem veritatis non disperderet. At ut ne testimonia, quae adduximus, velut a persona aduersarii contra veritatem opposita, ex diuinis Scripturis collecta, male vero ab ipsis intellecta,

ita sinamus citra interpretationem, dicam vnusquisque, que sententiam & vim in ipso sitam, ob quam causam velut iuxta humanos affectus dictum est, Et rursus dicemus multa de hoc, Deus meus & Deus vester: quum dixerimus iam, ut quisque mente praeditus cognoscat ex ipsa consequentia recte dictum esse. Et, Homo est, & quis cognoscat ipsum? In eodem duo ostendit. Diuina Scriptura, visibile & inuisibile. Et propter visibile quidem, merito Deus meus dictum esse, propter inuisibile vero, Pater meus dictum esse, ita ut neutra locutio aduersetur Verbo. Quomodo enim, si erat homo, non cognoscebatur? Si vero non erat homo, quomodo homo dicitur? Quisquis enim ex hominibus nascitur, omnino ab hominibus cognoscitur, a genitrice, a cognatis, a familiaribus, a vicinis, a contubernialibus aut concubibus; & impossibile est hoc impleri, in nudo homine. Impletur autem in Deo Verbo ac Filio Dei, in eo quod dicit, Homo in veritate. Quis vero cognoscat ipsum, quoniam Deus est, eo quod participat, & homo & Deus est, ignotus hominibus propter incomprehensibilitatem? Homo vero ex Maria in veritate, citra semen viri genitus. Et virgo in utero habebit: Futurum enim ex tempore praedixit Propheta, & virgo in utero habebit, futurum enim est, Pariet Filium. Si itaque virgo est, non ex viro est conceptus dispensatio: eo quod ante hoc tempus dictum est ad Achaz. Pete tibi ipsum signum in profundum aut in altum. Ille vero humiliter se gerens, non petam, neque tentabo Dominum Deum meum, inquit, recusans petere signum. Statim autem eo quod non petuerat ipse signum, duo largitur Deus, qui magna munera hominibus donat. Ab alto, verbum propria voluntate & ipsius verbi propria voluntate mittens: a profundo vero, carnem propria bona voluntate cum ipso verbo dispensans. Dicit enim postea, Et vocabunt nomen ipsius Emmanuel: non enim dixit vocabo, sed vocabunt. Hominiibus enim reuelabatur Deus apud ipsos ignotus, sed non recenter accipit nomen. Non enim dixit, vocabo nomen ipsius Emmanuel, sed vocabunt. Ceterum factus ex muliere, quemadmodum supra a me declaratum est, quo in voce, ex muliere, impletur vox, factus: Verbum caro sempiternum omnibus clare demonstraretur. Sed & non sitit, de Deo de Filio vero, quod esset & sitit, necessarium nobis dispensatum est. Quomodo enim reperitur dispensatio in veritate existens, si non haberet necessariam incarnationis consuetudinem? In hoc demonstrauit nobis omnium quaestionum ab hereticis propositarum solutiones. Statim enim soluit opinionem Manichaeorum: in eo enim quod dicit ipsum edere ac bibere, carnem veram ostendit. Soluit Lucianistarum propositum, & Aetii facultatem ac vires, Lucianus enim & omnes Lucianistae negant filium Dei animam accepisse, carnem autem solum dicunt habuisse: quo videlicet attribuant Deo vero humanam affectionem, sitim, famem, fatigationem, fletum, tristitiam, perturbationem, & quaeque in aduentu ipsius in carne habentur. Solidum autem est haec ad deitatem Filii Dei referre. At inquit, caro per se ipsam existens, nequit, neque bibit, neque fatigatur, neque alia facit: & ego assessor carne per se ipsam non habere haec. Habuit autem omnem dispensationem verbum ipsum qui venit, & carne & anima, & quaeque sunt in homine. Anima vero & carne erant partes, famem & fatigatio, sitis, tristitia, & alia. Lachrimatur n. ut redarguat errorem Manichaei, quoniam non in apparentia corpus indutus erat, sed in veritate. Sicut autem, ut ostendat non solum carnem se habere, sed etiam animam. Non enim deitas ipsius alibi sitit, sed anima sitit, & fatigatus est: ab itinere, propter carnis & animae consequentiam. Quod autem corpus & animam habens venit verbum, persuadeant ipsos diuinae Scripturae veteris ac noui Testamenti. Statim enim Dauid de ipso dicit, & Petrus Dauidi concinit. Non sine animam meam in inferno, neque dabis ut sanctus tuus videat corruptionem. Quo compositio dominici hominis intelligatur, & clare de hoc cognitio nobis contingat: quo confirmet animam cum deitate per triduum deposita fuisse, quo carnem sanctam ostendat, & deitatem cum anima, ita ut non contineretur in inferno, mysterium perfecisse.

Affectus humani in Christo.

Eleuissit Iesum ex Luca ab orthodoxis ecclesiam fuit, at hodie habetur

Scriptura locorum aliquid interpretatio.



A Habet enim alibi etiam aliud testimonium, sic dicens, Inter mortuos liber. Liber significat, infernum non obtinuisse in ipsum imperium, verum propria voluntate ad infernum descendisse ipsum vna cum anima. Dicit autem Petrus. Eo quod non erat possibile, teneri ipsum ab ipso, h. e. ab inferno. Sed & ipse Saluator dicit, Potestatem habeo sumendi animam meam & deponendi ipsam. Et, Ego sum pastor bonus, qui ponit animam pro ouibus. Et, Anima mea turbata est, inquit, & quid dicam? Velut in ambiguitate dicens. Quid dicam? Pater, serua me ex hac hora, sed propterea veni in horam hanc quo ostendat, quod voluntaria ipsius deitas ad hoc venit. Verum turbata est: quo species veritatis aduentus ipsius in carne non turbaretur. Non enim apparentia erat aduentus ipsius in carne, sed instar magni Regis bellum gerentis aduersus inferiorem, & nocentis quod inimicus eius, si viderit ipsum in potentia venientem ac multo robore, recubabit, & vertetur ad fugam, & multas subditorum regiones dissipabit: & propterea ex propria sapientia preteritus fingentis, & terga dantis ac fugietis, donec inimicus audacia sumpta expetere regem, velut timidum & impotentem, & persequatur ipsum. Rex vero conuersus derepente cum sua potentia totum subditum capiet infernum & aduersarium. Sic etiam Dominus noster non timuit mortem, qui antequam veniret ad hoc, vt pateretur significauit inuenire, quod Filius hominis, futurum esset, vt traderetur, & crucifigeretur & tertia die resurgeret: & quomodo Petrus diceret: Propitius sis Domine, nequaquam erit tibi hoc, increpauit ipsum dicens, Abi retro me Satana, quia non sapies ea que sunt Dei, sed que sunt hominum. Qui igitur hic preadixit, & propter hoc ipsum venit, quomodo postea precatur, vt transeat poculum, ne bibat? Qui ante mortem dixit de morte, vel ob hoc ipsum ne deprehenderetur mendax, non potuit precari vt transiret poculum. Sed prouocat per hunc modum aduersarium, quo illo opinante timere Saluatorem mortem, inducat ipsi mortem, ad salutem morientibus, per dispensationem. Sed etiam si audieris quod mortuus est Dominus, nosse passionem mortis, quo completa est. Interpretatur enim tibi princeps Apostolorum Petrus mortis ipsius argumentum, dicens: Mortificatus carne, viuificatus autem Spiritu. Na deitas ipsius, que suscepit vt in carne pateretur, passionis expertus est, & passionis exorsus erat, & a passione permansit, non mutata passionis alienitate, neque inuili facta sempiternitate. Si vero rursus dixerint illi vanæ gloriæ cupidi, Non poteris per talia verba nobis periuadere, Christum animam habuisse. Inuenimus enim supra in diuinis Scripturis, quod dicit Elias ex persona Dei & Patris de vnigenito, Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit, quem dilexisti antea mea. Quid intelligimus de Patre animam accepisse in seipso, aut animam habere? Quis vero delirans hoc cogitabit de Patre? Quid igitur dicunt? figurate videlicet verbum dictum est. Si itaque de Patre figurate dictum esse dicunt, ergo etiam de Filio idem accipere oportet. Etiam si enim dicat, Anima mea turbata est: &, Potestatem habeo dandi animam meam & accipiendi ipsam: non habuit, inquit, animam, sed figurate dictum est. Et videtur syllogistica ac sophistica ipsorum aliquid dicere, quomodo veritas ipsa perse consistat ex multis signis. A specie enim accipitur omnis figura & tropus. Et in Patre quidem non audendum est, eo quod neque carnem gestauit. Quomodo autem confiteantur Lucianista siue Ariani de carne, non est ambiguitas. At inquitur, Verbum caro factum est, dixit, & non dixit, Verbum caro & anima factum est. Cæterum aduersum in eundem ipsorum contradictionem etiam ego dico quod formauit Deus hominem, limo accepto, a terra. Verum in voce, Formauit, omnia comprehendit: & in eo quod dixit, Verbum caro factum est, omnia complectitur. Nam iuxta eandem rationem ex aduerso nos inferimus, dicentes: Ecce dicit, Formauit Deus hominem & non dixit, Fecit ipsi hepar aut pulmonem, aut cor, aut venas, aut neruos, aut alia que sunt in corpore: per hoc intelligimus vnum quid esse ex toto fabricatum hominem ipsum, eo quod non particulatim compositionem totius animalis Scriptura explicat. Non

Simile.

B

Transfert à me poculum, quo modo accipiendum.

C

Troporum ratio.

D

ne omnino res se sic habet? Sicut igitur ab vna specie tota comprehendit, ita ab ipsa carne animam accepisse Saluatorem, manifestum est. Si itaque animam accepit & corpus, velut demonstratum est, ergo non deitas erat imminuta ab essentia Patris, ita vt in affectionibus fuisset constituta, quo fitiret, & fatigaretur, & eluriret, & quæcunque homini necessaria sunt, faceret: quoniam non fatigabitur, neque est persecutio sapientie ipsius. At Saluator Verbum quod ex supernis descendit, fatigatus fuisse reperitur: Et non propterea non est ex essentia Patris, non enim superne fatigatus est, sed in carne. Opportebat enim carnem fatigari, vt ne in apparentia putaretur, sed in veritate. Et alia que eiusmodi vim habent, dormire & dormire, hominis sunt indicia, & tactui subiectum esse: accepit enim hæc, & homo inuentus est. Inuenimus Mesiam, de quo scripsit Moses. Qui vero inuenerunt ipsum, per comprehensibilem naturam inuenerunt, hoc est, incarnatum, nam in incomprensibilitate inuentus non fuisset. Quapropter a scribis comprehenditur, & dorsum suum præbuit flagris, & faciem suam non auertit à turpitudine inspicionum, fleuit, & quæcunque alia de ipso dicuntur. Quis vero potuisset Deum Verbum in celo flagris cadere, extra ipsius a passione alienitatem, & rursus non extra, propterea quod ipsi sic complacuit, & quidem quomodo ipse non sit passus, passionem in seipsum reputat. Et quemadmodum maculam vestis, corpus gestantis non contingit, verum macula vestis gestanti imputatur: sic Deus passus est in carne, deitate ipsius nihil læsa, verum passus est in carne, deitate relata est ad deitatem, quo in deitate salus nobis contingeret. Recordor autem dictum Euangelii secundum Lucam, & non volo omittere quo minus id ipsum interpreter, quod scriptum est: In anxietate constitutus sudauit, & erat sudor eius, sicut gutta sanguinis, apparuit autem Angelus Domini confortans ipsum. At profundiora dicta, velut appellare solemus, & necessaria, hi qui vim non intelligunt subuertunt, simulque seipos per malitiam pro bonis, nihil enim hac re periculosus est. In eo quod dicit, Fuit in anxietate: Dominicum hominem verum hominem existentem ostendit. Et vt ostendat quod verus erat homo, & quod non à Deitate anxietas illa contigit, dicit: Sudauit, & sudor ipsius erat sicut gutta sanguinis: corporea est species, & non spiritalis. Visus est autem Angelus Domini confortans ipsum, non quod confortatione Angeli opus habebat: qui maior Angelus est, cui fleuit se omni genu cœlestium, ter restitum, ac infernorum, vt qui semper est Deus Verbum, & semper est apud Patrem, & ex ipso genitus est: sed vt impletur illud in Cantico magno Molis in deserto composito, in quo dicit: Adorabunt ipsum omnes Filii Dei, & confortent ipsum Angeli Dei. Confortent ipsum dixit, non quod exhibeant ipsi robur, sed quoniam inualuit glorificatio vt in his glorificent Deum: quomodo Angeli & spiritalia animalia superne clamant ac dicunt: Tua est potentia, tuum est imperium, tuum est robur: In hoc ostendunt adorationem, & confortationem, h. e. quod dant ipsi proprium fortitudinis robur. Sic etiam Angelus visus est coram discipulis adorans suum Dominum, non ignorans excellentiam benignæ ipsius erga homines dispensationis, verum admirans tantam in ipso esse mansuetudinem, que diabolum superauit, que aculeum mortis contriuit, que de principibus ac potestatibus triumphauit, que peccatum confregit. Et propter excellentiam admirationis in glorificatione, Angelus adorans dixit: Tua est fortitudo Domine. Tu enim preualuisti contra mortem & infernum, & contra diabolum, vt contriueris aculeum ipsius, & expuleris ab humana natura. Porro quomodo rursus dicit, Vbi posuisti Lazarum, iuxta humanos affectus dicit. Et de laborante ex sanguinis profuio, Quis me tetigit: aut Quæ queritis: aut, Quæ dixit me homines esse, Fuit illi hominis, aut Puer crescebat, & confortabatur Spiritu: aut Proficiebat aetate & sapientia: aut Priusquam nosset puer vocare Patrem aut matrem. Non vides ex ipsa tractatione

SCYPRIA
EPIPHAN
OPE RA

E
Proficiebat
sapientia,
quomodo
accipienti.
Vnguentum
evacuatum

F

G

Pontifex
Christus
quomodo
dicatur.

H

A tione excellentiam cognitionis, quod ex carne & humana natura sunt narrationes? Quaeque enim in veteri Testamento ex persona Dei & Patris subdescendunt, & ad personam hominum ignota sunt, non autem ignota Deo existant: Ea verbum ubi venit, implevit, ut implet id quod dictum est, *Pater meus usque nunc operatur, & ego operor. Vbi posuisti Lazarum, interrogabat quomodo propellocum esset. Antequam vero venisset ad locum, a nemine audivit, & dixit discipulis suis, Lazarus amicus noster dormit.* Quiaque tanto itinere distans a loco noverat, quod mortuus esset Lazarus, is praesens in loco ignorabat? Nequaquam, verum volebat ostendere, quod haec omnia faciebat, & nondum quisquam perfecte ipsi credebatur, quod declararet suae erga non indulgenti insignem benignitatem. Oportebat enim illas non dicere, *Quariduanus est, iam olet*: neque abire ac demonstrare, sed dicere, omnia nonisti, & si volens, vivet. Quapropter etiam lachrymarum est, ob hominum obstinatum duriciam. Non itaque ignorans interrogabat, sed tentans redarguit ipsos, & benigne eos tractat. *Et quis metertigit*, dicit, non quod non nosset quis ipsum attigisset, sed ut ne per ipsum diceret miraculum quod edebat: verum ut illa, ubi audisset, accurreret, & diceret beneficium in se collatum, & ubi confessionem fecisset, audiret, *Fides tua te servavit*: quo etiam alios inhortaretur ad credendum ut sanarentur. Dicit autem, *Quem me dicunt esse homines Filium illum hominis*, velut etiam in veteri Testamento, ex persona Patris dicit, *Adam ubi es?* Noverat autem ipsum ubi esset. Quapropter etiam redarguit ipsum postea dicens: *Ex igno comeditis.* Et ad Cain, *Vbi est abel frater tuus?* & non ignorans interrogabat. Dicit enim, *Maledictus tu super terram, quae aperuit os suum ut susciperet sanguinem fratris tui de manu tua, ecce enim sanguis ipsius clamat ad me.* Non itaque ignorabat qui dicit, *Sanguis clamat*: verum ut daret ipsi locum ad poenitentiam & excusationem, ideo interrogabat. At vero rursus conuertuntur ad imperitiam contentionem, & dicunt ipsius filii esse has voces in veteri Testamento. Statim autem redarguit ipsorum studium. Qui enim dixit ad Moysen, *Quid hoc quod est in manu tua?* ipse dixit, *Ego qui sum*. Et dicit Dominus ad Saducaeos de resurrectione narrans, *Quod autem resurgunt mortui, dixit Deus, Ego Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob.* Deus igitur vivendum, & non mortuorum. Et multa rursus ostendere possunt, quae ex persona Patris in veteri Testamento dicta sunt, non etiam saepe ex persona Filii, & rursus ex persona Spiritus sancti. Et, *Vbi est Sara uxor tua?* dixit ad Abraham, is qui venit ex supernis cum duobus Angelis filiis Dei. Si enim ignorasset ubi esset, non vique dixisset, *Risit igitur Sara quae intus erat, & vult sic ostendere ipsius castitatem, quae exemplum est eorum quae in veritate pietatem exercere volunt: quo ubi suscepit peregrinos, propriis quidem laboribus inserviant, verum propter verecundiam & castitatem, faciem suam vitis ne ostendant.* Illa enim beata omnia composuit ac construxit, & quum hoc faceret, in facie Angelorum non conspicua est, posterioribus facibus reverentiae exemplar proponens. Sed & ut ostenderet, qui praesens erat quis esset, nomen uxoris vocabat, hospitio exceptus ad horam, & quod neque nominis ipsius oblitus esset, neque figmenti, neque cogitationis hominis. *Quem me dicunt*, inquit, *esse homines Filium illum hominis?* & filium quidem hominis confitens declarat, ut ne de inuisibili ipsum interrogarent, illi vero dicunt, *Hellam & Hieremiam, & Ioannem.* Vos autem quem me dicunt? Tu es Christus Filius Dei vivens, inquit & statim ipsum praedicat. Non enim ignorans interrogabat, sed ostendere volens, quod Patris est doctrina, quae Filium Ecclesiae verum praedicat: quo cogere Petrus dicit, quae a patre edocuit erat. Et ne miretis si dicit, per me ingrediuntur ad Patrem, & ne abalienati a Patris essentia opineris. Ipse enim rursus docet, *Nemo venit ad Patrem, nisi Pater ipsum traxerit.* Sic igitur Pater mittit ad Filium, ita & Filius infert ad Patrem: quo ostendat unam & eandem esse deitatem. At illud, *Proficiebat aetate & sapientia.* Si est sapientia Dei, non opus habet

sapientia. Verum quoniam evacuavit seipsum formam servi assumpta: Non plenitudo imminuta est, sed ut ostenderet a caelo transeuacuatum in humanam naturam, hoc est, in officinam Mariae. *Vnguentum enim evacuatum nomen tibi est*, inquit: non dixit effusum, sed evacuatum de caelo in terram, quo a terra in Marfam, & a Maria carniens conciperetur. In Bethleem enim gignitur, a Bethleem transit ad Nazareth, a Nazareth in Capernaum, a Capernaum in Hierusalem, & mare, dum vadit super aquas, & ad partes Tyri & Nain, & in Iudaeam, & Hiericho, & ad Bethphage, & Bethaniam, in Hierusalemque ac templum & montem Olivarum, & Gethsemani, & ad domum Caiphae, & ad praetorium, & ad Herodem, ad locum Golgata, ad monumentum, & usque ad infernum, ad terram rursus post resurrectionem, & ad caelos. Vnguentum enim evacuatum a vase in vas, omnia vasa vnguentum redolere facit. Et Christi adventus e caelo totam terram sacrificavit, eos qui ipsum suscipiunt in veritate. Hic est mons qui est, velut in Daniele habetur, & mons magnus: lapis seditus sine manibus, sine femine viri, insinuans id quod maius est, rursus parvus inuentus. Lapis rursus recipiens magnitudinem, & siens rursus mons magnus. Er mons non est in loco, sed implet totum orbem terrarum. Hic qui est sapientia, & seditus est homo, extendens virtutem suam super mundum, ut orbem terrarum gratia implet, proficiebat aetate & sapientia. Nam qui est sapientia Patris, & docet homines loqui, & articulatur hominibus linguam, & plantavit autem audientibus, quomodo non noverat vocare patrem & matrem, aut capere vim ac potestatem Damasci, ac spolia Samariae, &c? At quoniam gentus ex vero, si statim loquens idque pure ostensus fuisset, & velut pueritiam egressus aliquis verba faciens: imaginatio sane putata fuisset, & non vera, aut potius in apparentia, ipsius conceptio: propterea expectat aliquid aetatis, ut ne consequentia veritatem dissiparet. Ceterum rursus alias vanas venantur opiniones, quas diuinis sermonibus implicent, easque contrarias excogitant, & dicunt: Quomodo igitur scriptum est, *Suscipite pontificem confessionis nostrae, qui fidelis est ei qui fecit ipsum*, & notum sit vobis tota domus Irael, quod hunc Iesum, quem vos crucifixum, Dominum & Christum ipsum Deus fecit. Et magna me subit admiratio, quomodo hi qui consequentias contingunt, eam quae in ipsis declaratur, vim ignorant. Nam quod dicit, *Suscipite pontificem, qui fidelis est ei qui fecit ipsum*, non de deitate dictum est. Deus enim venit, & omnia declarant nobis diuinam Scripturam. Nihil enim est in ipsis obliquum aut distortum, verum omnia coram exposita intelligentibus & recta his qui inueniunt cognitionem. *Accipite enim, inquit, eruditionem & non argentum.* Si enim non accepit quis eruditionem a Deo, hoc est, fidem veritatis, obliqua ipsi sunt omnia & distorta, quae intelligentibus & inuenientibus cognitionem recta sunt, & extra omnem calumniam posita. Quo vero ipsos redarguit Apostolus, dicit: *Omnes enim pontifex, qui ex hominibus assumuntur, propter homines constituntur, ut offerat dona & victimas.* Quapropter etiam ipse unigenitus, quando quidem ipse venit ut propter homines nasceretur, accepit ex nobis carnem, quo propter nos, ex nobis oblatio proprio patri Deo factus, discipulos fratres vocaret. Vbi igitur id factum impletur? non alibi quam a pontifice. *Suscipite enim, inquit, pontificem qui fidelis est ei qui fecit ipsum.* Quo vero etiam exemplo ampliore viar, interrogant quis regem de proprio illius filio, & audacia sumpta dicit ad ipsum, *Quis est hic?* Vbi vero audivit ex patre iustam confessionem, *Filius meus est*, rursus dixerit, *Filius tuus secundum naturam, & ubi rex dixit, etiam: rursus inducetur quis interrogat, Cur igitur ipsum fecisti, & dicit omnino ille, Regem ipsum feci.* Ergo quae dignitate dixerit, ingenuitate negavit, quae secundum dixerit, primarium aboleuit? Nequaquam. Sic igitur etiam Deus & Pater genuit Filium sine principio, & in carne impletum est, quod per se ipsum fecit. At inquit, scriptum est, *Dominus creavit me principium viarum ipse in opera ipsius.* Et primum quidem ignorat illi vanae gloriae cupidum ipsum nomen libri. Liber n. Proverbia Salomon. appellatur

Quicquid

A
Proverbia-
rum ac pa-
rabolarum
ratio.

Quicquid autem proverbiale dicitur, non idem est quod sermonis vis ac facultas. Ecce enim in parabolis loquutus est Dominus noster Iesus Christus. Et videmus parabolas non sic se habere ad propositum nostrum. Simile est enim, inquit regnum cælorum grano sinapis. Et si iuxta nostram mentem voluerimus ratiocinari ex parte videlicet, regnum cælorum amplitudo est, aut locus, si modo locum dicere contenit, in quo regno est rex Deus & Pater, & Deus verbum & Filius Dei, & Spiritus sanctus Dei, Angelique ac Archangeli exercitus spirituales, Abraham & Isaac & Jacob, & omnes iusti: ubi itaque tot res in grano sinapis comprehenduntur? Verum figura sermonis per ænigma dicitur. Ergo non idem est quod proverbiale dicitur. Sed & mulieri simile est regnum cælorum, quæ habuit decem drachmas, & perdidit unam, & accendit lucernam, & inuenit ipsam: sed & lagenæ missæ in mare, & semini seminato in terram. Hæc autem omnia per ænigma, & non idem sunt, quod sermonis vis præ se fert. Et non vere nouimus, an Proverbiorum scriptor Salomon, de Filio Dei hæc verba dixit. Est enim sapientia, & sapientia. Solet igitur Apostolus dicere, Non nouit mundus per sapientiam Dei Deum. Et, Stultam fecit Deus sapientiam mundi. Et rursus dicit, Non in sapientia carnis, sed in virtute Dei. Et Salomon sapientiam vocare solet dicens: Amaui pulchritudinem ipsius, & sponsam dixi mihi ipsi. Et Iob sapientiam nouit ac dicit: Sapientia autem de inuenta est, qualis vero est prudentia locus? Et, Sapientia pauperis annihilata est, & ipse est sapientia corrector. Et, Sapientia Patris vni genitus. Quid igitur dicimus: Si sapientia Pater est, & Filius iuxta illorum sententiam progressus est ex ipso, Verbum & Deus existens, & sapientia existens: ergo Pater destitutus est sapientia in seipso, Deo solo sapiente, inuisibili. Atque hæc omnia sunt incomprehensibilia & immensa hominibus. Quomodo igitur dedit Deus sapientiam Salomoni, & repleuit sapientia ipsam Beseleel, & sapientes homines occulit turpitudinem? Et multa de sapientia dici possunt. Verum illa sapientia Patris vnus speciei est, non habens aliam comparationem, quæ ipsi opponatur. Attamen an de ipsa sit sermo ille dictus, neque affirmo, neque denego, Deo autem permitto vt hoc sciat. Video tamen ea quæ dicuntur violenter inter se opposita. Creauit enim dicit, principium viarum ipsius in opera ipsius, ante secula fundauit me, ante omnes collis genuit me. Quomodo igitur, quod gignitur fundatur? Quomodo id, quod creatur, gignitur? Si enim creatum est, non est genitum. Nos enim ea quæ gignimus non creamus: & quæ creamus, ea non gignimus. Sumus enim creati: & quæ à nobis gignuntur, creata sunt. In Deo autem increata, genimen siue genitur, non est creata. Si enim genuit, non creauit. Si vero postquam creauit, rursus genuit, quomodo quod prius creatum est, postea gignitur? Si itaque de ipso hæc dicta sunt, in dispensatione in carne implentur. Et propterea viciniora primum dicit, & antiquiora postea narrat. Persuadere enim homines propinquissimos volens, à carne incipit. Principium enim viarum iusticie Evangelii, nobis verbum caro in Maria factum est, anima que in ipsius carne fundata est: Quo superiora postea ostendat, dicimus autem, ex finibus paternis & cælis peruenisse in terram. Nam venit nobis postea omnem dispensationem perficiens. Non igitur creatum est verbum: abicit, & nihil nobis vtiue ingenerauerit diuina Scriptura in nulla penitus re. Sed & ex natura apud interpretes non sic edita est locutio hæc. Aquila enim dicit, Dominus acquisiuit me: quandoquidem in Hebraico dicit, Adonai Canani: id quod hoc significat quod diximus. Et nos iuxta consuetudinem de nativitate dicimus, acquisiuit liberos. At neque si vtiue interpretationis obsignauit. Nam Adonai Canani etiam sic interpretari potes, Dominus excludit me. Et propterea Petrus clare pronunciat dicens: Hunc ipsum quem vos crucifixistis: non dixit, illum ex superis Deum verbum, sed hunc existentem carnem, quæ cum verbo ex superis in vtero Mariæ comprehensa est & concepta: hunc autem, dictum propter Dominicum ex Maria hominem. In hoc enim & in mortificatione imple-

Sapientia
vocabulary

B

Salomonis
locus expe-
sus.

C

D

tur, sicut dixit Petrus. Mortificatus carne, viuificatus a spiritu. Et rursus Christus igitur pro nobis passus in carne. Et rursus, ex quo, Christus, quatuor ad carnem etiam, velut dicit Paulus. Et ipse Saluator dixit in Euangelio, Nunc a me queritis occidere hominem qui veritatem dixi vobis. Et, Aulius ex Patre: quo ostenderet passionem ex humana natura, seipsum vero scire naturalem Filium Patris ex superis. Concinit autem huic sermone S. Apostolus Paulus dicens: Vnus Deus, vnus etiam mediator Dei & hominum, homo Iesus Christus, Qui non rapinam arbitratus est esse, quod esset equalis Deo, sed seipsum inanius, forma serui assumpta. Vides quod hominem ipsum pronunciat, sed non nudum. Mediator enim Dei & hominum est, quoniam in medio vtrorumque est, ad Patrem quidem suum Deus existens natura genuinus genitus: ad homines vero homo naturalis, genuinus ex Matre, citra semen viri genitus. Sic enim est mediator Dei & hominum, Deus existens & homo factus, non mutatus naturam, sed secundum vtraque ad ambo medius existens. At rursus indocte dicunt: Vides quod non rapinam arbitratus est esse, quod esset equalis Deo? Et neque vocabulum intelligunt illi contentiosi. Non enim dixit: Non voluit fieri equalis Deo per rapinam: sed non rapinam arbitratus est, quod esset equalis Deo: quod Dei esset natura, quod erat. Si enim non erat, quomodo formam serui assumpsit? Et quod recens erat significauit, & ex hoc excellentiam admiras ostendit, quamquam esset equalis Deo, seipsum inanius forma serui assumpta: non vt quodlibet erant in seruitutem redigeret, sed vt in forma, quam assumpsit, obediens seruos liberaret. Et testatur Iudæi, quod non verberatur neque dubitabat dicere, quod equalis esset Deo: sed etiam confidentius sic ostendebat cum dicebat, Si non dixeris, ero factus vniuersus. Et propterea dicunt ad ipsum, Propter bonum opus non occidimus te, sed quod, quum homo sis, te ipsum facis equalem Deo. At inquit, si debemus figurata ipsius confiteri, & multa figurata dixit Scriptura, etiam non oportet negare, quæ per ænigmata in ipsum dicta sunt. Nam & ostium appellatus est, & lapis, & columna, & nubes, & leo, & oris, & lucerna, & fax, & Sol, & Angelus, & vermis, & petra, & lapis angularis, & via, & taurus, & vitulus, & albis huiusmodi videlicet nominibus. Et nos non negamus, quæ in ipso ænigmata sunt impleta, nouimus autem ob quam causam hæc scripta sunt. Via quidem, eo quod per ipsum vadimus ad regnum, ad ipsum & ad Patrem. Ostium vero, quia per ipsum ingredimur. Columna, quia ipse est nostræ fidei fundamentum. Petra, propter immutabilitatem. Lapis, propter fundamentum. Sol iusticie, qui nostras tenebrosas mentes illustrat. Deinde dicunt, Quoniam scriptum est de ipso, quod creatura est, confiteri etiam oportet scripturam. Ecce & ego recensui partem quandam vsum ac vtilitatem, per ænigmata ipsius in nos impletam. Dicant nobis, in eo quod dicunt ipsum creaturam, quid commodat? Ostium merito dictus est figurate, vt fiat nobis introitus & vtilitas: & via, vt per ipsum euntes, ne erremus. Creatura vero, propter quid nobis fit, quid nobis prodest? Etiam inquit, contentiosus ille vanæ gloriæ sectator, nisi enim ipsum dixeris creaturam, Patri passionem attribuis. Quisquis enim gignit, passionibus & affectionibus circumdatus est. Aut enim contrahitur, aut dilatatur, aut expanditur, aut desinit, aut in molem augetur, aut simile quid sustinet. Hei praua cogitatio hæc, & non vera. Quis hæc de Deo cogitabit, quæ vero suspicio talia audebit? Nimitum vemo, & ne diabolus quidem tale quid cogitauerit. Et si quis confiteretur Patrem, credit ipsum genuisse. Filium in veritate. Neque enim male circumferuntur Deus, neque corpus prægnans est, vt prædicta sustinere possit. Spiritus enim est Deus, Spiritus autem fluxionem non sustinet, non sectionem, non contractionem, non immutationem, non extensionem, neque tale quiddam. Propter spiritum quomodo gignit, & sine principio. Quo vero hos, qui hæc dicunt persuademus, non quidem similia dicentes, verum à similibus prauam

Muliere
Dicitur
inuenit
in Iesu
Christo.

F
Epiphani
vocabulary

Appellatus
est Christus.

G

H
Creaturam
vtrumque
dicentes.

Pater Spiritus
quomodo gignit
et Filium.

S. CYPRIANUS
S. EPIPHANIUS

OPERA

prauam ipsorum excusationem auerentes, dicamus: Creatura est qua innumeris ac infinitis modis à domino suo abest. Et multi in deserto ignis indigi, vitreo vase aqua impleto, & materia ex facili ardente adposita, ex lino aut ex lutu facta, ponunt ipsum è regione Solis, ita ut splendor de vitro Solis in subiectam materiam resplendet: & statim ab igne solis concipit, & ignem accendit. Nunquid ergo secatur Sol per essentia participationem, nunquid deficit, nunquid imminutus est? Non inquit. Si itaque qui creatura est, non imminutus est: quanto magis qui infinitus & incomprehensibilis & impollutus est Deus, dum spiritus existens genuit ex seipso Deum verbum, inenarrabilem & incomprehensibilem ac incorruptibilem, in incorruptibilitate genuit, non per affectionem, non per sectionem, non per defectionem, sed perfectus perfectum in perfectione? Et ignis quidem natura multas lucernas ab vna accendit, & quæ prima est, non imminuit. Rursus autem potest eadem essentia ex multis particularibus esse, lucernis, inquam, aut facibus. At non sic Deus: Absit. Non enim rursus venit verbum, & coniunctionem cum patre fecit. Sed Pater, Pater est: & Filius, Filius: & Spiritus Sanctus, Spiritus Sanctus. Stultum est enim quod à Manichæis traditur, quod ex mente ipsius Manis, Animæ à columna lucis factæ vnum corpus sunt, & dum soluntur à corporibus, rursus in vnam essentiam reformantur, velut in vnam columnam: iuxta fabulosum ipsorum figmentum. At non sic offendit Euangelium, sed fregit de quinque panibus, & saturauit quinque milia, & non dimisit, quæ ipsi superfluerunt, sed *Colligit*, inquit: *& nihil relinquit de fragmentis, & collegerunt duodecim cophinos, & collegerunt quidem simul in caphis, veru' fragmenta non rursus in coniunctionem panum sicut fuerant fecit: collegerunt quidem multitudinem, sed in multa fragmenta, in vnam vero congregationem. Indicaui cophinos, & non iuxta propositionem speculationis, nos hoc & prædictum Solis exemplum, figurate interpretati sumus. Non enim panes dicimus animas, neque fragmenta: absit. Neque Deum adæquatum Soli ab ipso creato, neque vni genitum splendori à Sole in stupam emisso. Verum iuxta similitudinem etiam animæ factæ non connectuntur in vnam coniunctionem: absit, sed in Dei mansiones, de quib. scriptum est, *Multe mansiones apud Patrem*, neque in vnum collem factæ, sed ita vt singulæ priuati numeretur. Neque in eo quod dicitur genuisse Deum vni genitum suum filium, affectionem ipsi attribuitus, iuxta prauam illorum blasphemiam. Quisquis enim affectuose gignit, paritur, & non oportet neque creaturam, neque genimen siue genituram dicere iuxta illorum verba, vt ne demus Deum dolere aut pati. Vnde igitur inuenimus filium, aut eum nomen Dei habet? Hi v. sunt hominum syllogismi, & à terrena sapientia proficiscentes. Nam nostros hominum affectus, in Deum referre nefas est: quum Deus clare dicat, *Non sicut cogitationes vestre, cogitatio mea est*. Et rursus, *Non sicut homo, ita etiam Deus*. Cessent itaque à blasphemia, & discent à Patre dicente: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuitum est*, Et rursus, velut coram cunctantibus dicit, *Es enim Filius meus dilectus, quem elegi*. Et nunc in Canticis, *Electus ex multis milibus*. Vnde igitur electio fit, dicant. Putant v. deliri illi in eo quod dicit, *eligi*: secundum gratiam ipsam Filium vocari, & non secundum naturam. Ostendat itaque quis fit ipsi similis, vt omnibus probatis illum elegerit, Si enim Filius est vni genitus, non est aliquis æqualis ipsi, neque confrendus similis existens, Filio inter filios Dei, hos enim nouit secundum gratiam, illi vero nulla virtus adæquatur, eo quod est ipse naturaliter Filius. Manifestum enim est, vnde fit vox *electus*, & vnde *electio*. Quoniam multa milia in terra erant, & Maria sola gratiam inuenit, & in ipsa elegit sanctam carnem, & propterea est illa in qua ipsi bene complacitum est. Sicut etiam Dauid ex persona Apostolorum, qui in Dominum crediderunt, & cum gaudio gratiam ipsius gentibus ostenderunt, dicit: *Subiecit populos nobis, & gentes sub pedes nostros*. Pulchritudinem Iacob quam dilexit, hoc est, sinceritatem ac frequentiam pulchritu-*

ditis ipsius, hoc est, totius Iacob pulchritudinem ipsam carnem à Maria per Spiritum Sanctum electam ipsam factam carnis dispensationem, Pater ex supernis Ioanni Baptistæ ostendit. Bonam enim voluntatem habuit Pater in aduentu Christi in carne. Deitas vero infinitam naturam habet. Dicit autem Apostolus ipsum Filium dilectionis, *qui liberavit nos*, inquit, *ex potestate tenebrarum, & transfuit in regnum Filii dilectionis sue*, & stolidi illi hic non intelligentes locutionem, iuxta profectum dilectionis, Dei esse Filium dicunt. Et non sciunt indocti illi comparationem sermonis. In alio enim loco dicit Apostolus, *Deus dilexit nos in Christo*. Vere enim Filius dilectus est vni genitus, quoniam dilectio Pater, dilectio Filius. Nam dilectio ex dilectione est, Filius igitur est dilectionis propter nos, & propter seipsum, quia in ipso dilexit nos, & Filium suum vni genitum tradidit pro nobis. Neque igitur operans laborat, neque gignens paritur. Et ne frustra accumulent sibi ipsis blasphemias. Si enim creatus est Filius, non est adorandus iuxta illorum rationem. Stultum est enim creaturam adorare, & primum mandatum reprobare quod dicit, *Audi Israel, Dominus Deus tuus, Dominus vnus est*. Non igitur creatum est sanctum Verbum, quia adorandus. Adorauerunt ipsum discipuli. *Adorant ipsum Angeli in celo*. Et, *& adoret te Domine fortitudo mea*. Cæterum vna res est, quam dicam, eamque breuem & oppositionem non habentem, & cui non potest aliquis contradicere, Si habent testimonia illi, qui Filio Dei aduersantur ostendant vbi dixit Pater, *Creauit mihi Filium*: in veteri ac nouo Testamento. Aut vbi dixit Filius, *Creauit me Pater*. Quatuor sunt Euangelia, habentia summas mille centum sexaginta duas, & ab initio vsque ad finem loquutus est Filius, & ad ipsum Patrem. Et nusquam dixit, *Creauit me Pater meus*: neque Pater, *creauit mihi Filium*, aut *creauit Filium meum*. At inquit ille contentiosus & ambitiosus, *Quid igitur dicit corpus ex Maria?* Nimirum assumptum. Maria vero, inquit, *quid, creata aut increata?* Creata nimirum etiam ipsi dicimus, genita ex viro & muliere. Corpus igitur ex Maria quid dicit? Quomodo vero non adorabo? Si enim non adorauero, non habeo vitam. Ecce igitur creaturam adoras ipsum corpus. Ingens autem est velania eorum qui talia dicunt. Nam rex purpuram indutus, ab omnibus adoratur, nunquid ergo purpura adoratur aut rex? manifestum est quod rex. Coadoratur autem cum ipso etiam purpura quam gestat: vbi vero rex hanc exiit, & in locum repositus, non amplius vestis purpura adoratur. Sedit etiam in templo, saepe rex in proprio throno, & adorantes adorant regem in templo ac throno proprio: vbi vero surrexit rex, nemo neque templum neque thronum adorat. Nemo autem adeo infansus est, vt adorare volens Regem in templo ipsius, dicat ad regem, *Egre dere ex templo tuo vt te adores*. Sic sane nemo dixerit vni genito, *dimitte corpus vt te adorem*: sed adorat cum corpore vni genitum, increatum cum templo sancto, quod accepit vbi venit. Et nemo dicit ad regem, *Surge ex throno vt te adorem*, citra thronum: sed adorat regem cum throno. Itaque & Christus adoratur cum corpore sepulto, & quod resurrexit. At inquit, *Quid igitur dicit, volens genuit Pater Filium, aut non volens?* quando quidem dicit, *Erat semper Verbum*, & non est tempus ante verbum, & quidem quum etiam ipsi Ariani ad quosdam decipendos, Filium Dei sine tempore genitum esse asserant, non volunt autem ipsum sempiternum dicere, sed dicunt: *Erat aliquando quando non erat*. Patant autem vocem aliquando, non est tempus: vbi vero expendis vocem, redargues imperitos. Nam vox aliquando, prout dictio est, dicta, temporis significationem habet. Et qui dicunt vocem aliquando, non dicere tempus, in absurditatem incidunt suæ opinionis in peruersa fide. Per ironiam n. & cauilum dictionibus vtuntur aliæ sententiæ suæ opinione vehementer Filium Dei impugnant, alienum & omnino à Patris Deitate abalienatum glorificantes. Volens igitur genuit, aut non volens? Si dixerimus non volens, necessitate circundamus Deum.

Similitudinem vni.

C

D
Electus ex multis milibus, de quo dicitur

E

F

Euangelium IV. summa 1162.

G

H

Erat aliquando, quando non erat. Ariani dicitur

Et si

A

Et si dixerimus volens, damus quod erat voluntas ante verbum: & si vel indiuiduum quoddam temporis momentum, vel multifida ac minutissima horæ particula fuerit, temporis significationem habere ante verbum. Et rursus delabimur in sermonem ipsorum. Et si dixerimus, quod non volens genuit, ergo necessitate naturæ ductus est Deus, & non voluntatis libertate. At non est horum quicquam in Deo, velut putas ambitiose. Apud Deum enim hæc non sunt. Neque volens itaque genuit, neque non volens, sed per excellentiam naturæ. Excedit enim diuina natura consilium, & non subiacet temporis, neque necessitate ducitur. In nobis enim nihil est paratum, quia non eramus aliquando. Et primum quid delibetamus, postea facimus quod facimus. Aut ubi non deliberauimus nos, non est quod nondum factum est à nobis. Apud Deum vero omnia perfecta ac plana, & omnia in ipso completa sunt. Et neque volens genuit semper existens genitum ex ipso sanctum Verbum & Deum: sed in excellenti & inenarrabili sua natura. Maxima me

B

subit admiratio, si filii fidei & Ecclesiæ, quomodo contentiosi illi vera subuertunt in aliena, & quæ figurate dicta sunt, in vera errantes accipiunt? Nam genitum esse, quod est ipsi secundum naturam, negant, dicentes non sicut unum quiddam ex geniminibus sine genituris. At creatum esse, quod est alienum ab ipsis deitate, etiam in allegoria aliquando dictum est, illud verum dicunt: quod autè verū est, abolere. Etenim dū dicit Elaias: *Vidi Dominum Sabaorb.* Et: *Visus est Dominus Mosi.* Et: *Visus est Dominus Abrabæ.* Et: *Vidit visionem Daniel antiquorum dierum.* & huiusmodi. Et: *Visus est Dominus Ezechieli.* & dixit: *Vidi speciem Dei:* dicunt hæc non esse, & Prophetas mentiri, probantque ex dicto Euangelii. Saluator, inquit, dixit, *Deum nemo vnquam vidit.* Prophetæ vero se vidisse dicunt. Necessarium igitur est mentiri aut vnigenitum, aut Prophetas. Et iuxta rationem eorum, qui sic dicunt ac Manichæorum, erunt ea quæ in Prophetis sunt mendacia. Si vero non mentiuntur Prophetæ, sed vera dicunt, iuxta Saluatoris sermonem, nempe, *Qui loquitur in Prophetis, ecce adsum:* intelligentiæ res est, & opus allegoria. Etenim hoc sæpe sic implentur. Videmus mare ex parte aliquamontis aut planicie, & vere dicimus, si nos vidisse asserimus. Sed & si quis dixerit, quod non vidit, non mentitur, sed vera dicit, non enim vidit, ubi profunditas, ubi longitudo: non vidit molem, non vidit amplitudinem. Et per foramen quoddam videmus hominem, verum extensionem non scimus: Et si dixerit quis vidit, vidit, & alius dixerit, non vidit, non vidit. Videmus enim vere, velut concipimus, non videmus autem, in quantum est. Sic etiam Prophetæ velut per foramen angustii sui corporis digni facti sunt videre, & veritatem viderunt: non vt intelligentiæ ac speculationis infinitas habet. Atque sic completæ sunt concordantes inter se diuinæ Scripturæ: tum quod Prophetæ dicunt se vidisse Deum, viderunt enim in veritate: tum quod Saluator dicit: *Deum nemo vnquam vidit:* non viderunt autem in quantum est. Sed & ipse vidit inuisibiliter secundum naturam, dedit autem non potenti videre, virtutem gratiæ ad videndum virtutem speculationis ac intelligentiæ. At ne rursus fabulam confingens dicat, *Viderunt quidem Prophetæ, non oculo, sed mente intelligentes & quasi videntes.* Propter hoc enim exacte dicit Elaias: *Miser ego quia compunctus sum, quod quum homo sum, & immunda labra habens in populo immunda labra habenti habitem, & Dominum Sabaorb vidi.* Et non dixit, *Vidi mente, sed oculis meis.* Vidit igitur & non vidit, sed sicut potuit. In veritate autem vidit, non vidit autem velut infinitas incomprehensibilitates habet. Sic multi etiam de paradiso allegorice accipiunt, velut phanaticus Origenes voluit imaginationem magis, quam veritatem in mundum introducere, & ait: *Non est paradysus in terra, nimirum ex dicto à sancto Apostolo relato, Noui hominem ante annos quatuordecim, an in corpore, nescio: an extra corpus, nescio: Deus nouit, raptum huiusmodi vsque in tertium caelum.* Ac ne falso intelligas ac dicas, quod dixerit vsque ad tertiam caeli partem. Nam quum dicit vsque ad tertium caelum, non de tertia parte dicit, sed de tri-

C

bus numero. Et dicit: *Noui huiusmodi hominem raptum esse in paradysum, & audisse verba, que facta non est homini loqui.* Gloria omnipotenti Deo, qui per omnes modos declarat, & exacte explicat, quod veri non fallantur. Non enim in vno contracto sermonis compendio caelum & paradysum coniunxit, sed *Noui*, inquit, *hominem raptum vsque ad tertium caelum.* Et rursus, *Raptum in paradysum*, hoc est, vt Græce dicitur *eis vbi paradysus est.* Quod autem articulum habet, id de alia persona distinguit tractat, & ad alium modum transfert. Quomodo si quis haberet montem & planiciem, planiciem autem circumdantem ipsum montem, velit autem in partem ultra montem sitam in eadem planicie accedere. Et quandoquidem volet per planiciem iter facere ad locum, ex quacunque parte montis iuerit, possibile est ipsi eo peruenire. Si vero voluerit primum ascendere in montem, & de monte rursus in locum planicie ultra montem sitæ accedere: etiam hoc ipsi facere possibile est. Sic intellige mihi etiam hoc, quod ab Apostolo dictum est, primum quidem in caelum ascendisse: iuxta id quod dictum est. *Descendit nepos meus in hortum suum.* Et Saluator dicit: *Hodie mecum eris in paradiso.* Si vero non est in terra paradysus, & non vera sunt, quæ in Genesi scripta sunt, sed allegorice accipiuntur: nihil est consequentiæ, sed omnia figurate dicuntur: *In principio enim fecit Deus caelum & terram,* & non sunt figurate dicta, sed visibilia: & si manentium, & mare, gemmarumque ac ligna, & herbas, scænum, animalia, pisces, volucres, omnia visibilia in veritate facta, hominem in veritate quem fecit. Posuit itaque hunc quem fecit in paradiso, secundum imaginem factum eundem hominem, verum secundum imaginem Dei. Ne autem curiosius perferueris dona Dei, per gratiam homini data, non negamus omnes homines esse secundum imaginem Dei. Quomodo vero non sumus curiosi de eo, quod est secundum imaginem. Neque enim corporis formationem intelligimus secundum imaginem, neque animam, neque mentem, neque virtutem. Multa enim sunt quæ dicere me prohibent. Sed neque rursus dicimus corpus non esse secundum imaginem, neque animam. Credentium autem est, confiteri Scripturam, & non negare. Incredulorum vero, gratiam reprobare. Est igitur in homine id, quod est secundum imaginem: Deus autem ipse nouit quomodo est. Si enim dixeris, *Hominem fecit secundum imaginem, & putaueris esse corpus:* Deus autem est inuisibilis, incomprehensibilis, quomodo visibile, & comprehensibile ac tactui subiectum, imago etiam inuisibilis & incomprehensibilis? Et si dixeris, *Non est corpus secundum imaginem:* Accipit, inquit, *limbum de terra, & formauit hominem.* Et hominem vocat id quod terrenum est, & hominem vocat id quod animale est. *Insuperabit enim, inquit, in faciem ipsius, & factus est homo in animam viuentem.* Et neque partem Dei dicimus esse animam, neque ab inflatione alienam. Quomodo vero subtilitas hæc intelligatur, soli Deo cognitum est. Nos autem citra curiositatem & absque malignitate credimus Deo vera in omnibus dicenti. Et si dixeris, quod anima est secundum imaginem: dicit Apostolus, *Viuentis est sermo Dei & efficax, & penetrantior omni gladio accipiti, & perstringens vsque ad diuisiones animæ.* Sit itaque diuisiones habet anima, Deus autem indiuisibilis est, quomodo potest anima esse id, quod secundum imaginem est? Non enim nouit futurum anima, Deus autem omnia nouit, & videremus anteriora corporis, posteriora ignorantes. Et si dixeris, quod non est anima, omnino etiam animam hominem vocauit: & anima & corpus est homo. At si dixeris mentem esse id, quod est secundum imaginem: dicit Scriptura: *Video aliam legem in membris meis, rebellantem legi mentis mee, & captiuum facientem me legi peccati, quæ est in membris.* Quomodo igitur, quæ captiua sit, erit secundum imaginem? Et alibi dicit, *Carnam mente, carnem spiritu.* Et si dixeris virtutem esse quod est secundum imaginem: dicam tibi, dic mihi de Adam, quam virtutem operatus est priusquam ipse formatus esset? Non enim erat in principio, ab initio vero formatus est secundum

D

videmus & non videmus quomodo.

Paradysus non est in terra, iuxta Origenem.

bus numero. Et dicit: *Noui huiusmodi hominem raptum esse in paradysum, & audisse verba, que facta non est homini loqui.* Gloria omnipotenti Deo, qui per omnes modos declarat, & exacte explicat, quod veri non fallantur. Non enim in vno contracto sermonis compendio caelum & paradysum coniunxit, sed *Noui*, inquit, *hominem raptum vsque ad tertium caelum.* Et rursus, *Raptum in paradysum*, hoc est, vt Græce dicitur *eis vbi paradysus est.* Quod autem articulum habet, id de alia persona distinguit tractat, & ad alium modum transfert. Quomodo si quis haberet montem & planiciem, planiciem autem circumdantem ipsum montem, velit autem in partem ultra montem sitam in eadem planicie accedere. Et quandoquidem volet per planiciem iter facere ad locum, ex quacunque parte montis iuerit, possibile est ipsi eo peruenire. Si vero voluerit primum ascendere in montem, & de monte rursus in locum planicie ultra montem sitæ accedere: etiam hoc ipsi facere possibile est. Sic intellige mihi etiam hoc, quod ab Apostolo dictum est, primum quidem in caelum ascendisse: iuxta id quod dictum est. *Descendit nepos meus in hortum suum.* Et Saluator dicit: *Hodie mecum eris in paradiso.* Si vero non est in terra paradysus, & non vera sunt, quæ in Genesi scripta sunt, sed allegorice accipiuntur: nihil est consequentiæ, sed omnia figurate dicuntur: *In principio enim fecit Deus caelum & terram,* & non sunt figurate dicta, sed visibilia: & si manentium, & mare, gemmarumque ac ligna, & herbas, scænum, animalia, pisces, volucres, omnia visibilia in veritate facta, hominem in veritate quem fecit. Posuit itaque hunc quem fecit in paradiso, secundum imaginem factum eundem hominem, verum secundum imaginem Dei. Ne autem curiosius perferueris dona Dei, per gratiam homini data, non negamus omnes homines esse secundum imaginem Dei. Quomodo vero non sumus curiosi de eo, quod est secundum imaginem. Neque enim corporis formationem intelligimus secundum imaginem, neque animam, neque mentem, neque virtutem. Multa enim sunt quæ dicere me prohibent. Sed neque rursus dicimus corpus non esse secundum imaginem, neque animam. Credentium autem est, confiteri Scripturam, & non negare. Incredulorum vero, gratiam reprobare. Est igitur in homine id, quod est secundum imaginem: Deus autem ipse nouit quomodo est. Si enim dixeris, *Hominem fecit secundum imaginem, & putaueris esse corpus:* Deus autem est inuisibilis, incomprehensibilis, quomodo visibile, & comprehensibile ac tactui subiectum, imago etiam inuisibilis & incomprehensibilis? Et si dixeris, *Non est corpus secundum imaginem:* Accipit, inquit, *limbum de terra, & formauit hominem.* Et hominem vocat id quod terrenum est, & hominem vocat id quod animale est. *Insuperabit enim, inquit, in faciem ipsius, & factus est homo in animam viuentem.* Et neque partem Dei dicimus esse animam, neque ab inflatione alienam. Quomodo vero subtilitas hæc intelligatur, soli Deo cognitum est. Nos autem citra curiositatem & absque malignitate credimus Deo vera in omnibus dicenti. Et si dixeris, quod anima est secundum imaginem: dicit Apostolus, *Viuentis est sermo Dei & efficax, & penetrantior omni gladio accipiti, & perstringens vsque ad diuisiones animæ.* Sit itaque diuisiones habet anima, Deus autem indiuisibilis est, quomodo potest anima esse id, quod secundum imaginem est? Non enim nouit futurum anima, Deus autem omnia nouit, & videremus anteriora corporis, posteriora ignorantes. Et si dixeris, quod non est anima, omnino etiam animam hominem vocauit: & anima & corpus est homo. At si dixeris mentem esse id, quod est secundum imaginem: dicit Scriptura: *Video aliam legem in membris meis, rebellantem legi mentis mee, & captiuum facientem me legi peccati, quæ est in membris.* Quomodo igitur, quæ captiua sit, erit secundum imaginem? Et alibi dicit, *Carnam mente, carnem spiritu.* Et si dixeris virtutem esse quod est secundum imaginem: dicam tibi, dic mihi de Adam, quam virtutem operatus est priusquam ipse formatus esset? Non enim erat in principio, ab initio vero formatus est secundum

Allegoria non sunt in Genesi.

Secundum imaginem, quomodo accipiuntur.

H

S. CYPRIANVS
S. EPIPHANVS
OPERA

A Cui enim conuenit secundum imaginem esse quam virtuti? Verum ante virtutem secundum imaginem formatus est homo. Nondum enim erat Adam in virtute versatus, neque creatus. Et si baptismum esse dixeris id, quod est secundum imaginem: ergo qui non acceperunt baptismum iusti, non fuerunt secundum imaginem. A Mose enim & mari incepta figura. A Ioanne aperta est figura. In Christo vero perfectum est donum. Habent igitur omnes id quod est secundum imaginem, sed non secundum naturam. Non enim secundum æqualitatem Dei habent homines, id quod est secundum imaginem. Deus enim est incomprehensibilis, & mente apprehendi non potest, quum spiritus sit, & super omnem spiritum, & lux super omnem lucem. Quæ vero ipse decreuit, his non caremus. Verus enim est, qui cum gratia id, quod est secundum imaginem, homini largitus est. Et quot sunt quæ similia sunt? Videmus enim quod accepit Saluator in manus suas, veluti Euangelium habet, quod surrexit in cenâ, & accepit hæc, & ubi gratias egisset dixit, *Hoc meum est, hoc & hoc.* Et videmus quod non æquale est, neque simile, non imaginem in carne, non inuisibili deitati, non lineamentis membrorum. Hoc enim est rotundæ formæ & inuisibile, quantum ad potentiam. Et voluit per gratiam dicere, *hoc meum est, hoc & hoc:* & nemo non fidem habet sermone. Qui enim non credit esse ipsum verum, sicut dixit, is excidit à gratia & salute. Quod autem audiuius, id credimus quod est ipse. Dominum vero nostrum nouimus totum sensum, totum sensitiuum, totum Deum, mouentem, totum operantem, totum lucem, totum incomprehensibilem, sed qui cum gratia hoc nobis largitus est. Hic itaque Adam in paradiso positus fuit, & comedit de ligno, Paradisus autem, inquit, in Edem iuxta orientis, fons autem ascendebat ex Edem, & non dicit, *Descendebat:* ut ne puteus ex celo esse Edem. Si enim in celo esset, ex supernis vitæ, dixisset, descendebat fons. Sed fluius, inquit, erit ex Edem: & non dixit, *descendit.* Hic separatur in quatuor principia, nomen vni Phison. Et videmus ipsum Phison ob oculos nostros: & Phison quidem est Ganges apud Indos appellatus: & Aethiopes. Græci vero hunc Indum fluium vocant. Totâ enim terram Euilat circumdat, paruum & magnam, partemque Elymaeorum. Penetrat autem magnam Aethiopiâ, & cadit ad Austrum, & subit intra Gadira, in magnum Oceanum. Secundus fluius est Geon, & sensibilem videmus hunc fluium, & non allegorice accipi. Hic etiam per Aethiopiâ descendit, & paruum Aethiopiâ penetrat, Anubitimque ac Blemeniam & Ezomitim, & calluens partes Thebaidis & Aegypti in mare hoc delabitur. Si vero quis non credat, audiat Hieremiam dicentem, *Quid nobis cum terra Aegypti, ut bibamus aquam Geon turbamini?* Tertius, inquit, fluius Tigris cursum faciens in conspectu Assyriorum. Secat enim partes Orientis, & mergitur sub terram, & exoritur ab Armenia per mediû Cardienfium ac Armeniorum, & rescurrit rursus, & secatur in Assyriorum terram. Sed & quartus fluius Euphrates similiter eodem modo subiens terram, emergit ab Armenia, & sicalluit Perfidem. Si itaque non est paradisi sensibilis, nõ est fons. Si non est fons, nõ est fluius, Si nõ est fluius, nõ sunt quatuor principia, nõ est Phison, nõ est Geon, non est Tigris, non est Euphrates. Si non est Euphrates, non est ficus, si non sunt folia, non est Adam, nõ est Eua, non est esus, non comedit de ligno. Si non est Adam, non sunt homines, & fabula est de cetero ipsa veritas, & omnia allegorice dicuntur. Est itaque Adam, sumus enim ex ipso, genus ipsius existens omnes per successionem: & videmus ipsum per multitudinem in successione. Adam enim genuit secundum idem ac formam suam ipsum Seth: ut ne quis putet alium esse eum qui formatus est, & alios eos qui geniti sunt. Et ideo dicit Scriptura, *Secundum ideam suam.* Seth vero genuit Enos, Enos Cainâ, Cainan Malaleel, Maleleel Iaret & Enoch, Enoch Mathusula, Mathusula Lamech, Lamech Noe & factum est diluuium non allegoricum, sed in veritate, & perit omnis anima: manserunt autem octo animæ, At ubi animas audis, ne putes figmenta. Ab vna enim specie to-

tus homo appellatur, Descendit enim Iacob in Aegyptum cum animis septuagintaquinque: non quod animæ sequuntur sint abque corporibus, sed vna cum corpore. Et, *Erasmus in nauis animæ ferme octuaginta,* dicit Lucas, qui scripsit actus Apostolorum. Et consuetudo solet seruos corpora vocare. Dominus, inquit, centum corporum, imo etiam animas habebitum. Quandoquidem vero dñm hominum, corporibus dominantur, & non animis: propterea seruos merito corpora vocauerunt cum anima, ut corpori vlti ostederet. Egressus est autem Noe ex arca, ubi genuisset Sê, Châ, & Iaphet. Sem vero genuit Arphaxad, Arphaxad Cena, Cena Sala, Sala Heber, Heber Phalec, Phalec Rhagau, Rhagau Seruch, Seruch Nachor, Nachor Tharra, Tharra Abraâ, Abraâ Isaac, Isaac Iacob, Iacob Iudâ, Iudas Phares, Phares Elfrom, Elfrom Aram, Aram Aminadab, Aminadab Naafon, Naafon Salmon, Salmon Booz, Booz Obed ex Ruth. Obed Iesse, Iesse Dauid Regem, Dauid Solomonem ex vxore Vria, Solomon Roboam, Roboam Abia, Abia Asaph, Asaph Iosaphath, Iosaphath Iorâ, Iorâ Ochoziam, Ochozias Ioas, Ioas Emeftiam, Emeftias Oziam appellatur Azariam, Ozias Ioatham, Ioathâ Achaz, Achaz Ezechiam, Ezechias Manasse, Manasses Amos, Amos Iosiam, Iosias Iechoniam, Iechonias Salathiel, Salathiel Zorobabel, Zorobabel Abiud, Abiud Eliacim, Eliacim Afor, Afor Sadoc, Sadoc Achim, Achim Eliud, Eliud, Eleazar, Eleazar Mathan, Mathan Iacob, Iacob Ioseph, Ioseph fenex existens viduus postquam duxisset primam uxorem, & genuisset ex ipsa filios masculos quatuor, Iacobum fratrem Domini appellatum, eo quod cum ipso eductus esset, Simeonem & Iudam & Ioseph & duas filias, Mariam & Salomen. Hic Ioseph fenex existens & viduus secundum necessitatem fortibus missis in viduos & non habentes uxores in singulis tribubus in virgines in templo: eo quod consecrati essent in templo primogeniti filii masculi ac femine, accepit iuxta sortem sanctam virginem Mariam. Ex qua secundum carnem natus est Dominus noster Iesus Christus per spiritum sanctum, nõ à semine viri, neque ex corporis coniunctione. Nascitur itaque Dominus ex tribu Iuda, ex femine Dauid & Abraam secundum carnem, Deus existens, quadragesimo secundo anno regni Augusti, Augustus autem regnavit annos sexaginta sex & menses sex. Post ipsum vero filius eius suscepit principatum, annis viginti tribus. Post Tiberium Caius, annos tres, menses nouem, dies viginti duos. Post Caium Claudius annos xiii. Post Claudium, Nero annos xi. post Neronem Vespasianus, annos nouem. Post Vespasianum, Titus filius ipsius annos ii. post Titum, Domitianus frater ipsius, annos xv. menses. Post Domitianum Nerus, annos iiii. post Nerum, Traianus, annos xix. post Traianum Adrianus, annos xxii. post Adrianum Antonin' Pius, annos xxii. post Antoninum Marcus Aurelianus Antoninus, qui & Verus, annos xix. Commodus, annos xiiii. Pertinax, annos vi. Seuerus, annos xviii. Antoninus filius ipsius, annos vii. Macrinus, annum i. Antoninus alius, annos ii. Alexander, non ille Macedo, annos xiii. Maximinus, annos tres. Gordianus, annos vi. Philippus, annos vi. Decius, annum i. Gallopho et Volusianus, annos iiii. Galienus, annos xv. Claudius alius annum i. Aurelius annos xiiii. Tacitus, menses vi. Probus, annos vi. Carus & Carinus & Numerianus, annos ii. Diocletianus annos xx. post Diocletianum Maximianus, Lucinius, Constantinus, Constantinus, Iulianus, Iouianus, Valentinianus, Valens, Gratianus, vsque in hunc annum, postquam mortuus est Gratianus, anni lxx. Nam hic annus est nonagesimus Diocletiani, Valentiniani & Valentis decimus, Gratiani sextus, consulatus Gratiani Augusti tertium, & Efcythij illustrissimi, Indiçtio ii. Nos itaque à prædicto Adam iuxta consequentiam, & non peritordo. Neque ea quæ à Deo sunt, allegorice accipiuntur. Est igitur Adam, & sunt folia fici, & ficus, & lignum ad sciendum cognitionem boni & mali, & lignum vitæ in medio paradisi, & serpens, & inobedientia, & obedientia. Et sunt fluij, & est Eua, & formatio hominis. Omnia enim possible sunt Deo, etiam corruptibilia transmutare in-

Cena dominice corporum expensio.

Paradisus effidentio.

Adæ successores.

Anima pro toto homine.

E

Corpora pro hominibus seruis.

F

Filij Ioseph itemque filia.

Christus quando natus est.

G Romanorum Imperatorij successio.

H

Epiphaniij saculum.



A incorruptibilitatem, & quæ in terra sunt facere, ut in incorruptibilitate degant. Et ne quis miretur, venit enim & hoc ipsum ostendit, ut qui carnem corruptibilem accepit, & in deitate induit, ipsamque incorruptibilem declarat. Quis enim accusabit Deum? Videamus porto etiam aliam ipeccationem. *Eiecit ipsos extra paradysum. & possuit ipsa Cherubim & flammeum gladium ad ussodien. um ingressum ad lignum vite. Et egressus Adam habitavit ex adverso paradysi.* Nemo inanibus fabulis decipiatur. Potest enim Deus ex lapidibus excitare filios, & potest Deus corruptibilia mutare in incorruptibilitatem: & potest in terra facere quietem paradysi, quia vult. Non enim alterius Dei est terra, & alterius Dei cælum, sed omnia eiusdem sunt. Et sicut vult, largitur unicuique incorruptibilitatem. Nam & corpus ipsius Adæ novimus ex terra formatum ex qua etiam nostra sunt corpora, & ipem habemus vitæ æternæ, & incorruptibilis hereditatis. Nam Salvatoris corpus ex Maria erat, & cœnium est spiritualiter Verbi in cælo incorruptibilitati. Hæc autem omnia collegimus, & hæc apposuimus, nihil ex his quæ scripta sunt rejicere volentes, sed magis in simplicitate ferri, si lesque reperi erga Deum, in his quæ in veritate scripsit nobis, & largitus est viam veritatis & nostram salutem. Decens est enim, ut ipsi soli concedamus scire incomprehensibilia. Aliam vero rursus fabulosam stultitiæ imaginationem hic Origenes (cui Deus ignoscat) hominibus ex allegoria introduxit, asserens pelliceas tunicas, quas divina Scriptura Deum ipsi Adæ ac Euzæ fecisse dixit, non esse tunicas pelliceas. Sed tunica, inquit, est pellicea carnositas corporis, ut ipsum corpus, quo post inobedientiam induit animas, & postquam de ligno comederunt. Et stultum est penitus hoc dicere. Verum ipse Origenes commentis vitatur, & dicit, Nunquid Deus coriorum tinctor erat, ut paratis pellibus tunicas Adæ ac Euzæ fecerit. huiusmodi autem dictum multo magis ab omni ratione abest: Verum enim facilius erat, cælum & terram ex nihilo facere Deum, aut tunicas pelliceas? Quando enim miracula sua volens non operatus est? Et inanima in inanimata transmutare quando non potuit? Virgam Moysi aridam & ligneam, serpentem animatum fecit, qui Moysen persequeretur, & à quo Moyses in fugam converterebatur, ut ostenderet, quod non visum in apparentia esset, sed verum quod fiebat. Quomodo vero per quadraginta annos populi vestes non attenuatæ sunt, & pili non nutriebantur, & calcamenta non vetera secebant? Dicant mihi stolidi illi, qui vesaniam Origenis in hac parte sequuntur sunt, quum surrexisset Christus ex mortuis, & reliquisset lintea in monumento, velut scriptum est, nudus ne appareret discipulis, qui surrexit ex mortuis cum corpore & anima? Quando vero ostendebat Thomæ ossa sua & carnes inanulque ac latus, nimirum non erat nudus? Quis igitur vestes ipsi texuit post resurrectionem? At dices mihi omnino, indumenta spiritalia ipsum fecisse. Et si talia indumenta potuit sibi ipsi facere, pelliceas illas tunicas facere non potuit Adæ ac Euzæ propria voluntate? Reuera concidit Origenis allegoria. Si enim, postquam comedit de ligno, creata est ipsi Adæ caro, unde igitur accepit Deus costam, unde expergefactus ab altiore sopore Adæ dixit, *Hoc os ossibus meis, & caro ex carne mea?* Proinde nemo de cætero nobis molestias exhibeat, sic enim sentit ac docet sancta Dei Ecclesia ab origine. Non enim astabit nobis Origenes in die iudicij. Admiror enim reuera, quomodo aliqui sustinent eum, qui sum ipsius Dominum maledictis impetit. Legant tales, Libros Origenis de Principijs, & dicant qui sibi filij Catholice Ecclesie esse videntur, & ne audeant filium à deitate patris separare. Quomodo non designatus est Origenes dicere, quod filius non videt patrem, sed dicit quod non potest videre Patrem Filius, & Spiritus Sanctus non potest videre filium, & rursus angeli non possunt videre Spiritum Sanctum, & homines non possunt videre angelos? Et decepit se ipsum magis, & eos quos seduxit, at non prudentem ac fidelem ac credentem veritati & spirituali doctrinæ. Celsa itaque Origenes, & cessate vos Origenis discipuli. Vera enim dicunt Apostoli ac Prophetæ, & non

vos, neque vester præceptor. Cessent Gnostici condemnatos mores habentes. Cessent Valentiniani & Manichei ac Marcionistæ per omnia errantes. Cessent Adriani & Anonæ, & Sabellij, & Pneumaticæ, qui etiam Pneumatomach: & Dimetricæ, qui stolidè mentem amiserunt. Omnia enim vera dicit divina Scriptura. Verum intelligentia opus est ad cognoscendum Deum, & ut credamus, ipsi & sermonibus ipsius: & ut cognoscamus, quæ à Deo nobis data ac donata sunt, & quæ futura sunt, & iuxta promissionem, mortuorum resurrectionem in perfectione. Omnis enim hæresis mentitur, quæ non accepit spiritum sanctum, secundum traditionem patrum in sancta Dei Catholica Ecclesia. Et de his rursus dicemus pro nostra infirmitate, sed ex Deo digni facti, sancta Dei Catholica Ecclesia, ut nos minimi & humiles etiam huius fundamentum habeamus, pro tenuitatis nostre portione. Apposuimus autem ex parte de omnibus his, qui suæ ipsorum vitæ curam habent. Et sufficiebant quidem hæc quæ abunde de Patre & Filio ac sancto spiritu dicta sunt. Quo vero amplius ad munitionem ac defensionem ac certificationem credentium declarare conemur, vndiquaque collectis divina Scripturæ testimonijs, ad lautius instruendum conuiuium, ac faciendam exultationem credentibus, qui ista contingunt: non canctabimur rursus ostendere ad certam ac firmam in Deo spem nostram, quod nihil euariet in Patre & Filio & Spiritu Sancto, sed eiusdem ordinis ac coefficientialis est sancta Trinitas. Non aliunde vero, neque ex propriis cogitationibus doctrinam facimus, sed à nostra vita, hoc est ex Prophetis, & saluatoris nostri aduentu, ipsiusque benignitate. Venit enim, venit vita nostra, & lucem rursus nobis ostendit, quum errantes nos reperisset. Eramus enim, eramus in superbia & blasphemijs, simulachrorum imaginibus, spirituum impietatibus, malorum omnium imperio submersi. Quum itaque hæc adessent nobis iniuitis, non enim quod volebam, faciebam, sed quod odio habebam facere urgebat, peccato ita mihi ministrante, sanctus Pater Filium suum sanctum demisit, & per misericordiam suam me seruauit, & ex omnibus corruptionibus meis me liberavit. Apparuit enim gratia Domini ac Salvatoris nostri, docens nos ut abnegare impietate & mundana concupiscentia, temperate ac pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum glorie magni Dei, & Salvatoris nostri Iesu Christi, qui dedit se ipsum pro nobis ut liberaret nos ab omni iniquitate, & purgaret sibi ipsi populum acceptum, æsulatorum bonorum operum: delecto per dogmata contra nos chirographo, qui nobis contrarius erat, sublatoque ex medio & in crucem affixo: exiit principatibus ac potestatibus, quas palam vituperavit, ipsaque in seipso in triumphum duxit: portis aereis confractis, & vinctis ferreis contritis, lucem vitæ rursus ostendit: manum porrigens, deducens, viam faciens, scalam cælorum ostendens, paradysum rursus habitare faciens. Habitauit itaque in nobis: & iustificationem legis dans nobis ipsius spiritus, ut cognoscere mus ipsum, & quæ de ipso sunt, hoc est principium & finem vitæ: lex iusticie factus est nobis lex spiritus, liber ex lege vitæ peccati. Quapropter delector lege Dei secundum internum hominem. Intra nos autem est Christus, siquidem habitat in nobis. Ipse enim mortuus, via vitæ pro nobis factus est, ut viuentes non amplius sibi ipsi viuant, sed ei qui pro nobis mortuus est & resurrexit, & vitæ causa est. Nam iuramenti ante multa secula recordatus (secundum David) Deus erat in Christo, & mundum sibi ipsi reconciliauit, non reputans ipsis delicta ipsorum. Quia in ipso omne complementum habitare voluit, & per ipsum reconciliare omnia sibi ipsi, pace facta per sanguinem in cruce. Accessit itaque ad dispensationem complementi temporum, quemadmodum promissum est Abraham & reliquis sanctis, ut instauraret omnia in ipso, quæ in cælis sunt & in terra. Sed ditio autem & inimicitia erat in tolerantia Dei. Reconciliauit autem in corpore carnis ipsius, per ipsum faciens ambo vnum. Venit enim pax nostra, & in eis scriptum patrietem dissoluit, & inimicitiam carne sua. Legem manda-

Omnipotentia Dei.

Origenis allegoria de tunica pellicea.

Origenis libris Principijs erroribus refors.

S. CYPRIANVS
S. EPIPHANIVS
S. IUSTINVS
S. IRENEVS
S. CYPRIANVS
S. EPIPHANIVS
S. IUSTINVS
S. IRENEVS

Christi
nisi
impia.

H

to-

A torum in dogmatis aboleuit, quo duo crearet in vno nomina hominem. In istisque gentes concorporatas & simul participes ac coheredes promissionis esse dum dixit, *Veni omnes qui sitisati & operati estis, & ego reficiam vos.* Ego itaque debilis eram per carnem, demissus est autem mihi Saluator, in similitudine carnis peccati talem dispensationem perficiens, quo me a seruitute redimeret, a corruptione, a morte. Et factus est mihi iustitia & sanctificatio & redemptio. Iustitia quidem, quoniam per fidem ipse peccata dissoluit. Sanctificatio vero, quia per aquam & spiritum & verbum suum me liberavit. Redemptio autem est sanguis ipse, dum precium redemptionis agni veri pro me seipsum tradidit, propiciationem purgationis mundi, reconciliationis omnium in caelo & terra, mysterium occultum ante secula & generationes implens temporibus decretis. Idem transformabit corpus humilitatis nostrae, ut fiat conforme gloriae ipsius, iuxta efficaciam potentiae suae, quae omnia sibi subiecit, quoniam in ipso habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter. Receptaculum itaque sapientiae & deitatis Christus, mediator, reconciliat omnia Deo in seipso: non reputans peccatum, occulta mysteria implens, per fidem Testamenti sui praedenuntiati a Lege & Prophetis: Filius Dei praedicatus, Filius David dicitur. Ambo enim Deus & homo, Mediator Dei & hominum, vera domus Dei, sacerdotium sanctum: dator sancti Spiritus, qui regenerat ac renouat rursus omnia Deo. Nam *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius velut unigeniti a patre.* Pluuia cum arboribus & plantis in eandem naturam transiens, corpus efficit, & singulos fructus iuxta similitudinem. Et in olea quidem oleum pingue fit, assumpta ex ipsa essentia. In vite vero vinum dulce incorporatur. In fico ficus dulcescit. Et in singulis feminibus ad speciem ipsorum augetur ac nascitur. Sic arbitror, Dei Verbum in Maria caro factum est, & in semine Abraham homo inuentus est iuxta promissionem. Inuenimus enim *Messiam* de quo scripsit Moses, & dixit sane Moses, *Descendat sicut pluuia eloquium meum.* Et David, *Descendat sicut pluuia in vellus, & sicut gutta stillans in terram.* Lanam itaque suscipiens rorem, velleris fecunditatem auget. Terra vero suscipiens pluuiam, auget fructum ex praeecepto Domini contribuentis naturam promptiorem, & ut accipiat ab ipso amplius studium habet. Sic sane etiam virgo Maria, *Vnde cognoscant hoc,* inquit, *quod erit mihi iustum:* & audiuit, *Spiritus domini superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Quapropter & quod nascetur ex te sanctum erit, & filius altissimi vocabitur.* Christus in Angelo loquitur, efformat autem seipsum dominus in sua ipsius formatione, forma serui assumpta. Et Maria quidem haurit sermonem ad conceptionem, velut pluuia in terra. Verum Verbum Dei seipsum sanctum fructum ostendit, affluens mortalitatis naturam. Sic igitur ex ipsa hauriente, velut terra & vellus, vere spei fructus, & sanctorum expectatio: velut Elizabeth dixit, *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui: vnum assumpsit ex humana natura, quod passioni obnoxius fuit, quum passionis exors sit Dei Verbum. Hic est panis viuens, qui de caelo descendit, & vitam dat.* Hic & verze oleae fructus oleum vnctionis & compositionis, quod praefigurauit Moses. Hic vera vitis, quam colit solus pater, botrum gaudij generans nobis. Hic aqua viuens, qua vbi sitiens homo acceperit, non sitiet amplius, sed est in ventre ipse saliens in vitam aeternam. Ex hac acceperunt noni agricolae, & transfulerunt in mundum, veteres autem agricolae refecerunt, & corruperunt propter incredulitatem. Et sanguine quidem ipse sanctificatur gentes, spiritu vero suo proprio euehit vocatos in caelum. Quicunque igitur spiritu ipse ducuntur, hi viuunt Deo: qui vero non, adhuc morti imputati sunt, & hi animales aut carnales vocantur. Oportet itaque reprobare opera carnis, quae sunt munimenta peccati: & mortificare membra mortis per gratiam ipsius, accipereque Spiritum sanctum, quem non habuimus gubernatorem: qui viuificat me olim mortuum, quem si non acceperit, moriar. Sine spiritu enim ipse, quiuis mortuus est. Si vero spiritus ipse in nobis, qui suscitauit ipsum ex mortuis, viuifica-

bit mortalia corpora nostra, per inhabitantem ipsum in nobis spiritum. At arbitror quod ambo habitant in homine iusto, Christus & spiritus ipse. Si vero Christus ex Patre creditur Deus ex Deo, & spiritus ex Christo, aut ab utroque, sicut Christus dicit, *Qui ex patre procedit & hic de meo accipiet:* Christus vero ex spiritu sancto, iuxta angelicam vocem: intelligo mysterium quod liberauit me, adero apud eum qui venit ad me, fide, auditu, mansione, amicitia. Seipsum enim Deus cognitum facit, seipsum Christus praedicat seipsum spiritus sanctus manifestat sanctus. In scripturis autem sanctis, trinitas nobis annuntiatur & creditur, circa curiositatem, circa contentionem, per assensum auditus. Ex hac fide salus gratiae. Ex fide iusticia contra opera legis. Scriptum est, *Ex auditu fidei spiritus Christi dari his qui saluantur.* Fides autem praecorum vniuersalis Ecclesiae vocibus haec, ut puto, significatur prout ego quidem in fide instructus sum ex Scripturis: Tria sancta, tria constantia, tria in forma, tria conformia, tria operantia, tria cooperantia, tria in substantia exstantia, tria coexistentia in substantia, inter se conuersantia. Trinitas haec sancta vocatur, tria existentia, vna concordia, vna deitas eiusdem essentiae, eiusdem substantiae, eiusdem potentiae, similia ex similitudine qualitate gratiae Patris & Filii & Spiritus sancti. Quomodo vero, ipsis docendum relinquatur. Nemo enim nouit Patrem nisi Filius, nemo Filium nisi Pater, & cui voluerit Filius reuelare: reuelat autem per Spiritum sanctum, huic & Pater reuelat: Haec igitur tria existentia aut ex ipso, aut ab ipso, aut ad ipsum, vnicuique digne intelliguntur, prout singulis seipsa reuelant: lucem, ignem, spiritum: & alii, ut puto, visionem similitudinibus, prout dignus est homo cui inferuntur. Ipse itaque est Deus, qui in principio dixit, *Fiat lux, & facta est lux.* Ipse qui illuminauit nos ad videndum lucem veram, quae illuminat omnem hominem venientem in mundum, *Emittite lucem tuam & veritatem tuam,* inquit David. Ipse est Dominus qui dixit, *In extremis diebus effundam de spiritu meo, & prophetabunt filii ipsorum & filiae ipsorum, & adolescentes ipsorum visiones videbunt:* tres personas sancti ministerii ostendens nobis ex substantia triplici existente. Dico igitur Christum ministrum & executorem factum esse circumcisionis pro veritate Dei, ad implendum promissiones. Comministrare autem spiritum sanctum simul traditum accepimus ex diuini Scripturis. Demittitur Christus a Patre, demittitur spiritus sanctus: loquitur in sanctis Christus, loquitur spiritus sanctus: sanat Christus, sanat spiritus sanctus: sanctificat Christus, sanctificat spiritus sanctus: baptizat Christus in nomine suo, baptizat spiritus sanctus. Sic dicunt Scripturae, *Emittite spiritum tuum, & renouabis faciem terra:* simile est illi dicto, *Emittite verbum tuum, & liquefacies ea.* Ministrantibus ipsis Domino & ieiunantibus, dixit spiritus sanctus, *Segregate mihi Barnabam & Saulum in opus ad quod accersii ipsos:* simile est illi, *dominus autem dixit, Ingredere in ciuitatem, & illic dicetur tibi quid oporteat te facere.* Hi igitur emissi a spiritu sancto deueniunt ad Seleuciam: simile velut cum dominus dicit, *Ece mitto vos velut oues in medio luporum.* Visum est spiritui sancto nullum aliud imponere onus, & cetera necessaria: velut si dicat, *Dico autem non ego, sed Dominus, ut vxor a viro ne separetur.* Penetrarunt autem Phrygiam & Galatiam regionem, prohibiti a spiritu sancto loqui verbum in Asia: vbi vero venissent in Mysiam, conabantur in Bithyniam abire, & non permisit ipsis Spiritus: velut cum dicit Christus, *Euntes baptizate omnes gentes.* Et, *Ne gestetis peram, non virgam, neque calcamenta,* Qui, inquit, dicebat Paulo per spiritum ut ne ascenderet Hierosolyma. Et Agabus dicit spiritus sanctus, *virum cuius est hoc singulum:* simile sicut cum Paulus dicit, *An experientiam quaeritis eius qui in me loquitur Dei?* Et memores estote verborum Domini, quoniam ipse dixit, *Præstat dare quam accipere.* Et nunc ecce ego vincit spiritus vado: velut cum ait Paulus, *vincit Iesu Christi.* Verum spiritus mihi testimonium praebet per ciuitatem dicens: simile sicut cum ait, *Dominus testimonium praebet anime meae, quod non mentior.* In virtute secundum spiritum sanctificationis: simile ei quod dicit, *Sanctus in sanctis requiescens.* Et, *Circumcisio cordis in spiritu:* simile est velut cum dicit, *Et cir-*

Similitudines accipio in Verbi Dei in Virgine Maria.

S. Trinitatis mysterium

Loci scripturae concordantes, seu aequivalentes, de Christo & spiritu sancto.



A cumcisi estis circumcissione per manum non sicut, dum ex uisceribus corpus peccatorum in circumcissione Christi. Siquidem Spiritus Dei habitat in uobis: simile ei quod dicit, Quem admodum accepisti Christum, in ipso ambulare. Et Spiritus Domini loquutus est in me. Et, Verbum ipsum in ore meo. Et, Primitias Spiritus habentes: simile sicut quum dicit, Primitia Christus. Sed ipse Spiritus intercedit pro nobis: simile uelut dum ait, Qui est in dextera Dei, qui et intercedit pro nobis. Ut fiat oblatio gentium acceptabilis sanctificata in spiritu sancto: simile uelut quum ait, Dominus autem sanctificet uos ut sitis sinceri et inoffensi in diem Christi. Nobis autem reuelauit Christus per Spiritum suum: simile est illi dicto? Quando complacuit Deo, qui segregauit me ex uero matris meae per gratiam suam, ad reuelandum filium suum per me. Nos autem non spiritum mundi accepimus, sed Spiritum ex Deo. Simile est illi, Vos ipsos probate an Christus sit in uobis. Templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in uobis: simile est illi, Inhabitabo in ipsis, et inambulabo, et ero ipsis Deus et ipse erunt mihi populus. Sed et iustitiam et gratiam ex uirtute dicit. Iustificati autem in nomine Iesu Christi Domini nostri, et in spiritu Dei nostri: simile est illi dicto, iustificati autem ex fide, pacem habemus apud Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum. Nemo potest dicere Dominum Iesum nisi in spiritu sancto: et nemo potest spiritum sanctum accipere nisi a Domino. Diuisiones autem donorum sunt, idem uero spiritus. Et diuisiones ministeriorum sunt, idem autem Dominus. Et diuisiones operationum sunt, idem autem Deus qui operatur omnia in omnibus. Sed et a gloria ad gloriam quem admodum a Domino, ita a spiritu. Et ne offendatis spiritum sanctum, per quem signati estis in diem redemptionis: simile est illi, Num prouocamus Dominum, nisi fortiores illo sumus? Spiritus autem expresse loquitur: simile est illi, Hac dicit Dominus omnipotens. Et spiritus meus stat in medio uestrum. Et, Si quis mihi aperuerit, ingredietur ego et pater, et mansionem apud ipsam faciemus. Elaias autem, Et super ipsum spiritus Dei: Christus uero: Spiritus Domini super me, eo quod unxit me. Et Iesum a Nazareth quem unxit Deus spiritu sancto: et Dominus densit me, et spiritus ipsius. Manifesta est autem et uox Seraphim clamans, Sanctus, sanctus, sanctus Deus Sabaoth. Si uero audieris, quod per dexteram Dei exaltatus est, et promissionem a patre accepit, aut, iacet, ut expectent promissionem patris, quam audiuis, inquit, ex me. Aut, Quod spiritus ipsum expellit in desertum, aut quod ipse dicit, Ne sitis solliciti quid dicatis, quoniam spiritus patris mei est, qui loquitur in uobis, aut, Si uero in spiritu Dei etico de monia, aut, Qui uero maledixit in spiritum sanctum, non demittetur ipsi, et cetera. Puer crescebat, et confortabatur spiritu. Aut, Iesus plenus spiritu sancto reuersus est a Iordane. Aut, Reuersus est Iesus in uirtute spiritus. Aut, Quod natum est ex spiritu, spiritus est: simile est sicut quum dicit, Quod factum est in ipso uita erat, Aut, Et ego rogabo patrem meum, et alium paraclitum dabit uobis spiritum ueritatis. Aut, Cur impleuit satanas cor tuum, ut mitteris spiritui sancto: dixit Petrus ad Ananiam, Et postea, Non hominibus mentitus es, sed Deo. Ergo Deus est ex Deo spiritus sanctus, cui mentiri erant illi detracto precio agri. Aut, Manifestatus est in carne, in spiritu, et in spiritu, maius hoc non possum dicere. Deus autem etiam filius, Ex quibus inquit, est Christus, quantum ad carnem attinet, qui est in omnibus Deus. Crede, inquit, in Dominum Iesum, et saluaberis, Et loquutus est, inquit, ipse uerbum Domini, quum dixisset ille ipsos in domum, apposuit eis mensam, et exultauit cum tota domo, quod credidisset Deo, Aut, In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Aut, Ut doctrinam patris nostri Dei ornent. Aut, Apparuit gratia Dei salutis omnibus hominibus, erudiens nos. Aut, Expectantes beatam spem et aduentum glorie Domini et saluatoris nostri Iesu Christi. Nam idem est ministerium spiritus et Verbi. Attendite autem, inquit, uobis ipsis et tot oculi, in quo posuit uos spiritus sanctus episcopos, ut pascatis Ecclesiam Dei: simile est uelut quum dicit, Gratiam habeo qui me potentem fecit Christotele, Domino nostro, quod fidelem me iudicauit, dum posuit in ministerium. Cooperatur itaque uelut demonstratum est, patri filius, et Spiritus sanctus. Verbo enim Domini caeli firmati sunt, et Spiritus oris ipsius omnis uirtus ipsorum. Adorandus autem est spiritus sanctus. Qui enim adorant Deum, eos in spiritu adorare oportet et ueritate. Si uero cooperantur hęc, creatura creatura non efficit: neque creata deitas fit, neque in mensura aut ambitu Deus cognoscitur. Est enim in circumscriptis, incomprehensibilis, inconsiderabilis, o-

mines creaturas completens Deus. Neque adoratione colenda est creatura Coluerunt. n. creatura preter creatorem, et stulti facti sunt. Quomodo enim non stultus est creatura Deum putare, et primum preceptum reprobare, quod dicit, Audi Israel Dominus Deus tuus, Dominus unus est, non erit in te Deus recens. Ceteri in diuinis scriptis uaria sunt nomina patris et filij et S. S. Et Pater quidem appellatur, Pater omnipotens, pater omnium, Pater Christi. Filius uero, Verbum, Christus, lux uera. Spiritus autem sanctus, paraclitus, spiritus ueritatis, spiritus Christi. Deus itaque intelligitur pater, et lux patris, spiritus, et uirtus, et sapientia. Si autem lux est Deus et pater, lux ergo ex luce est filius, et propterea habitans lucem inaccessibilem. Virtus autem est totus Deus, et propterea eius uirtutu. Sapientia est totus Deus, igitur sapientia est filius ex sapientia, in quo est thesauri sapientie sunt absconditi. Vita ite est totus Deus, igitur uita ex uita est Filius. Ego enim sum, inquit, ueritas et uita. Spiritus autem sanctus ab uirtutibus, spiritus ex spiritu, spiritus. N. Deus et Deitas, donorum dator est, uerissimus, illuminator, paraclitus, consiliorum patris annunciator. Sicut enim filius magni consilij angelus est, sic etiam S. S. Sed accepimus, inquit, spiritum Dei, ut uideamus que donata sunt nobis a Deo, que et loquimur, loquimur, non in uersa uis sapientie sermonibus, sed in demonstratione spiritus Dei, spiritualibus, spiritu alia cooperantes. At dicit quis, Igitur duos esse filios dicimus. Et quomodo est unigenitus? Quinimo tu qui es, qui contra Deum rationaris? Si enim filium uocat eum, qui est ex ipso, Spiritum uero sanctum qui ab uirtutibus: que solum fide intelliguntur a sanctis, lucida, lucem dantia: lucidam sane operationem habent, et per fidem lucis consona ad ipsum patrem fiunt: audi o bone, quod pater ueri filij est pater, totus lux: et Filius ueri patris, lux de luce: non sicut factura aut creatura, nomine solum: et spiritus sanctus, spiritus ueritatis est, lux tertia a patre et filio. Alia uero omnia, adoptione aut appellatione: non familia his actione, aut potentia, aut luce, aut intelligentia, aut sane uelut dixerit quipiam, Filios genitum et exalati. Aut sicut dixerit quis, Ego dixi, diu estis, et filij altissimi omnes. Qui uelut dicit quis, Qui peperit glebas ueritatis. At uelut dixerit quipiam, Ex quo omnis patrum familia in celo et in terra. Aut sicut dicit quis, Ego qui firmo tonitruum, et cetero spiritum. Non enim uelut reliqui patres aut patriarche, ueris ille pater inceptit esse pater, aut inquam tempore defuit esse pater. Si enim inceptit esse pater: ergo Filius aliquando alterius patris, antequam esset ipse unigeniti pater. Iuxta similitudinem autem dum patres patrum et filij considerantur, in infinita antiquitate uere Patrem inuenire est. Neque uelut reliqui filii adoptione, ueris Filius adolefcens est, ut sit filius. Si enim adolefcens est, ut sit Filius: erat aliquando tempus quando non erat pater, pater unigeniti. Neque uelut reliqui spiritus, spiritus ueritatis creatus aut factus est. Neque uelut reliqui angeli, magni consilij angelus uocatur. Illi enim principium habent et finem, hi uero imperuelligibile principium ac imperium habent. Et hi creat omnia, in infinita secula cooperantes patri, illi uero creantur ab his pro uoluerit. Et illi quidem colunt hos, hi uero coluntur ab uniuersis creaturis. Et hi quidem sanant creaturas, illi uero medelam ab his accipiunt. Et illi iudicantur pro merito, hi uero iudicium iustum habent. Et illi quidem tempore sunt, hi uero non sunt in tempore. Et hi quidem illuminant omnia, illi uero illuminantur ab his. Et hi uocant paruulos in altum, illi uocantur a perfectis. Et hi largiuntur omnibus, illi dona accipiunt. Et in summa dicat, illi hymnis celebrant sanctitatem in caelis celorum ac reliquis inuisibilibus locis, hi uero celebrantur, et dona pro merito dignis exhibent. Plurimos autem spiritus dicit Scriptura, Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignis flammam. Et, Ois spiritus laudate Dominum. Ceteri uero digni dantur dona differentiationis spirituum. Aliqui enim caelestes sunt, gaudent ueritate: alij terrestres, ad fraudem et errorem appositi: alij subteranei, abyssi et tenebrarum filii. Ipsum enim Euangelium dicit eos rogasse ut ne mitteret eos in abyssum. Similiter autem et spiritibus imperat, et spiritus expulit uerbo, et non permittit ipsos loqui. Dicitur autem Spiritus iudicij, et Spiritus coblationis. Et dicitur spiritus mundi. Nos uero,

S. CYPRIANI
S. EPIPHANII
EPISCOPORUM

E
Nomen
coram
et filij
spiritus
sancti
F
Pater
quod
medietate
G
H
I
Spiritus
mundi
in
Scriptura

A inquit, spiritum mundi non accepimus. Sed & spiritus hominis. Quis enim hominum novit ea, quae sunt hominis, nisi spiritus hominis? Et spiritus vadens ac non revertens. Nam spiritus pertransit in ipso, & non exiit. Et de his spiritum ipsum, & desinit. Et spiritus prophetarum prophetae subduitur. Et spiritus falsus stetit coram Domino, & dixit ipsi, Per quid decipies Achab? Et ero, inquit, spiritus falsus in ore saorum prophetarum. Dicitur porro & spiritus compunctionis esse, & spiritus timiditatis, & spiritus Phitonis, & spiritus scortationis, & spiritus procelle, & spiritus verbosus, & spiritus debilitatus, & spiritus immundus, & spiritus furdus, & spiritus mutus & spiritus vix loquens, & spiritus valde horrendus, qui vocatur Legio, & spiritus illa nequitiae. Infinita autem sunt eloquia sapientibus de spiritibus. Sicut enim multi filii adoptione, aut appellatione non veritate, eo quod principium habent & finem, & hoc per peccatum: sic etiam spiritus multi adoptione aut appellatione, etiam si peccato non careant. Verum sanctus spiritus solus appellatur à patre & filio, spiritus veritatis, & spiritus Dei & spiritus, Christi, & spiritus gratiae: largitur enim vnicuique bonum diversimode, alteri spiritum sapientiae, alii spiritum cognitionis, alii spiritum fortitudinis, alii spiritum sanationum, alii spiritum prophetiae, alii spiritum discretionis, alii linguarum, alii interpretationum, & reliqua dona velut ait. *Vnus autem & idem spiritus est, qui dividit vnicuique ut vult, Quoniam spiritus tuus bonus deducet me, inquit David, Et spiritus ubi vult spirat: substantiam sancti spiritus per talia nobis ostendens. Et vocem eius audis, sed non scis unde venit, aut quo vadit. Et nisi nati fueris ex aqua & spiritu: simile est illi quod Paulus dixit, In Christo enim Iesu ego vni genui, & de hoc dicit Dominus, Quomodo venerit paracletus quem ego mittam vobis spiritus veritatis qui à Patre procedit, ille testimonium prebebit de me. Et adhuc multa habeo quae dicam, sed non potes portare nunc: ubi vero venerit ille spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem. Non enim loquetur à seipso, & quaecumque audierit loquetur & ventura annuntiabit vobis, illi me glorificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis omnia. Si itaque à Patre procedit, & ex meo (inquit Dominus) accipiet, quemadmodum nemo novit Patrem nisi Filius, neque Filium nisi Pater. Sic autem dicere, Quod neque spiritum, nisi pater, & filius, ex quo procedit, & à quo accipit: & neque Filium & Patrem, nisi spiritus sanctus, qui vere glorificat, qui docet omnia, qui testificatur de Filio, qui ex Patre & ex Filio solus dux est veritatis, legum expositor sanctorum, legis spiritualis enarrator, Prophetarum doctor, Apostolorum magister, Evangelicorum dogmatum luminare, sanctorum electorum Lux vera ex vera luce, est filius naturalis, filius verus filius genuinus, solus ex sole: cum ipso etiam spiritus, sed spiritus qui nominat, hic Deus est qui glorificatur, semper in Ecclesia Pater, semper Filius, semper spiritus sanctus, semper altus alii, & altissimus, intellectualis, gloriam habens immensam, quo inferiora sunt creata & facta: in summa omnia quae intelliguntur, & singula quae mente comprehenduntur. Deitas autem una in Mose maxime denunciat, dualitas in Prophetis valde praedicatur, Trinitas autem in Evangeliiis manifestatur, amplius iuxta temporum occasiones ac generationes conveniens iusto in cognitio nem ac fidem. cognitioque haec immortalitas ex fide dicitur, haec adoptio in filios fit. Verum primum iustificationem carnis enarrat, velut ambitum templi externum excitans in Mose. Secundas vero iustificationes animae exponit, velut sancta ornans, in reliquis prophetis. Trinitas autem iustificationes Spiritus, velut propiciatorum & sancta sanctorum concinans in Evangeliiis ad suam habitationem. Tabernaculum vero sanctum, templum sanctum, ipsum iustum habet solum, qui in his versatur. Habitat autem in ipso una Deitas infinita, una Deitas incorrupta, una Deitas imperuestigabilis, incomprehensibilis, inenarrabilis, invisibilis, seipsam cognoscens sola, seipsam demonstrans quibus vult testes sibi ipsi excitans, volans, praesens, glorificans, ex inferno exaltans, sanctificans, vivens rursus ad suam ipsius*

gloriam ac fidem tria haec, caelestia, terrestria, & inferna: Spiritum, animam, carnem fidem, spem, charitatem: preterita, praesentia, futura: seculum seculum, secula seculorum, sabbata iabbatorum: circumcisionem carnis, circumcisionem cordis, circumcisionem Christi in exuendo corpus peccatorum. in summa, purificat sibi ipsi omnia, invisibilia & visibilia, thronos, dominationes, principatus, potestates, virtutes. In omnibus autem eadem vox sancta à gloria in gloriam, Sanctus, sanctus, sanctus clamans, patrem in filio, filium in patre, cum sancto spiritu: cui gloria & imperium in secula seculorum. Amen. Et dicat qui sic credit, Fiat, fiat. Et de Trinitate quidem ac coessentialitate Dei Patris & Filii & spiritus sancti, vobis qui debiles estis ac idolorum, citra facum & citra humana commenta, testimonii ex divinis Scripturis collectis, quo ad magum sint fidelibus, & falsam fidem ac vanam opinionem habentibus se opponere possint, ex parte coaeternivimus. Multa enim est fidei in spiritu sancto virtus, in omnibus divinis Scripturis diversimode praedicata. Quoad quidem vero salutis nostrae securitas, est circa confessione de Salvatore nostro incarnatione & adventu in carne, & confirmatio spei de resurrectione mortuorum & nostra regeneratione: rursus etiam ipsi parum quid hinc nostro labori, ex ipsis divinis Scripturis apponemus, his qui exactius rem hanc cognoscere volunt. Etenim quemadmodum iam in superioribus didicimus, ipse Dominus noster in Evangelio suo ad discipulos suos dixit. *Euntes baptizate omnes gentes in nomine Patris & Filii & spiritus sancti, docentes ipsos servare mandata, quae praecepi vobis: Ipsum sanctum Verbum quod in substantia exiit, quod ex Patre prodiit, per quod secula facta sunt, per quod tempora & temporum momenta. Non enim erat temporis momentum neque tempus ante filium. Si enim erat tempus ante Filium, utique maius est tempus Filio. Et quomodo per ipsum omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est? Quomodo si quid factum est, per ipsum factum est. Ipse vero increatus est, & semper existens. Quia pater semper erat, & sanctus ipse spiritus semper erat. Si enim erat tempus ante filium, quaeritur sane rursus per quem tempus ante filium erat: & infinita de caetero cogitationem nostram pervertere, & imaginationem intus in hominum opinione latentem, aut potius ad cognitionum scortationem, & minime ad castimoniam. Non erat igitur tempus ante filium. Nam non per tempora filius factus est, sed per filium tempora, & Angeli, & aliae omnes creaturae. Non erat aliquando tempus quando non erat filius, neque erat aliquando, quando non erat spiritus. Caeterum aliqui perperam legentes, & lectionem distinguere nesciunt, in eo quod dicit, *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: huc utque dictum deponentes, & blasphemiam suspitionem in spiritu sancto accipientes, circa lectionem fallunt & errant, & à lectionis errore claudicant: & ad blasphemiam se convertunt. At ipsa lectio sic se habet, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est in ipso: hoc est, si quid factum est, per ipsum factum est. Itaque pater semper erat, & spiritus ex patre ac filio spirat: & neque filius creatus est, neque spiritus. Quae vero post patrem & filium & spiritum sanctum sunt, omnia creata sunt & facta: & quum non fuerint unquam, facta sunt à patre & filio & spiritu sancto, per semper existens Verbum, cum semper existente patre. Per ipsum itaque verbum omnia creata facta sunt, per regem illum caelestem, per Verbum in substantia existens, ipsum Salvatorem ac benefactorem nostrum. Ipse enim Salvator sanctus est, qui de caelis descendit, qui in officina Virginis salutem nostram operari dignatus est, qui ex Maria rursus genitus est, per spiritum sanctum conceptus. Qui carnem accepit, & Verbum caro factum est. Qui natura non immutatus est. Qui cum Deitate suscepit humanam naturam, perfectus existens à patre. Qui perfectam dispensationem implevit, & venit in mundum propter nos, & propter nostram salutem. Qui carnem & animam humanam accepit, perfectus existens à Patre, & in carne inter nos versatus est, non apparuit, sed veritate. Qui perfectum hominem in seipsum efforma-**

E

F *Salutis nostrae securitas ubi sita.*

G

H *Christi deificatione.*

Iustificatio triplex.

S. Epiphaniij Opera.



A

B

C

D

Mentem Christi accepisse negantes.

Scripturam & mentem esse diuersa.

uit ex Matia Deipara per spiritum sanctum, non ut qui in homine habitat, velut in Prophetis loqui solet, inhabitare que per virtutem ac operari, sed ipsum Verbum caro factum est. Non mutatus eo quod sit caro, non transmutata Deitate in humanam naturam, sed cum proprio corpore suae Deitatis, & cum propria substantia Dei Verbi in substantia existentis, complexus ut sit homo. Hominem autem dico perfectum, quaeunque in homine, & qualiter homo, si quid est homo: hunc venit & accepit vnigenitus, quo in perfecto homine, perfecte totum negocium salutis Deus ipse existens operaretur, ita ut nihil hominis relinqueret, ut ne relicta pars, rursus in partem edulij diaboli cederet. Et si dixerint aliqui quod carnem solum accepit, animam vero minime, fabulosa applicantes. Scripturam in fabulas euerentes ex dicto hoc, *Nos autem mentem Christi habemus*: ex ipso hoc dicto deprehendunt, quod hi qui dicunt, *Nos autem mentem Christi habemus*: eandem mentem habuerunt, & hanc non expuerunt. Si vero propria habentes vna cum Christi mente, ambabus sciebantur, Christi mente meliores facere potentes, ipsorum vero mente recte intelligente: idem etiam in Christo cognoscant, quod quum esset Deus, & in ipso esset mens, habebat hominis mentem cum carne, & animam accepit: & nequaquam velut homo ipsam euertebat, verum ipse mentis ornator & corrector, & meliorem ipsam efficiens, sciebat. Sicut enim carnem accepit a carne non superatus, ita etiam mente accepta, a mente non superatus est. Itaque vice versa & amplius tales in contrarietate grauius incidunt. Sursum enim ac deorsum diuinae Scripturae palam clamant, non contra mentem grauius pronunciantes, sed contra carnem. *Carnis enim fructus sunt*, inquit, *scortatio, adulterij, perulantia, & his similia. Et qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Et, Caro concupiscit contra spiritum. At vero de mente dicit, Psallam spiritui, psallam & m. me: & Mens mea instructiuosa aut fructiuosa est. Posuit enim mentem, qua Scriptura cor appellare solet, ducem, ut ita dicam & aurigam totius valis, discernentem bona & mala, approbantem ea quae in nobis bene fiunt. Mens enim verba discernit. Gustauit vero cibos gustat. Vim enim discernendi mens in homine habet, nondum autem assentiendi, si non in mutationem seipsam dederit. Quid igitur visum est quibusdam ut hanc ab incarnatione Domini eiecerint? Quid vero vitae profuerunt, quum magis in seditionem ipsam mutarint? Aut quid hoc obfuit nobis, aut profuit, ut ita dicam, quo auxiliarentur Christo, vel ut beneficium praestarent ipsi magnum hoc, & dicerent ipsi, Non accepit mentem? Galatae equidem stolidi, & Cretenses semper mendaces, & Ephraim columba demens. Dominus autem noster in vitam incarnatus hoc omnia perfecte assumpsit, imo potius ipse suauissimus corporis plastes fuit, ipse sibi ipsi accipiens aut indens animam. Caeterum aliqui defectuosum facere volentes Christi in carne aduentum, & perfectam in ipso dispensationem, haud scio qua cogitatione ducti, non recte direxerunt Christi mentem non accepisse: substantiam autem hanc mentem esse putant, & natura dicere audent id, quod in Scriptura dici solet. *In homine spiritus*, velut dicit Apostolus, *ut integer vobis spiritus & anima & corpus, in die domini nostri Iesu Christi seruetur*. Exerant igitur. Si enim est mens spiritus, & spiritus mens, velut etiam ipsi putant, anima vero alia est a mente & a spiritu: non amplius duae substantiae erunt in homine in vna substantia contractae: non amplius in substantia erit sola anima, & in substantia corpus. Sed reperimus de caetero quatuor. Mens vna est substantia anima alia substantia, spiritus alia substantia, corpus alia substantia. Et si rursus perscrutemur, adhuc plures erunt. Quandoquidem enim plura nomina possidet homo, & internus homo, & externus homo: etiam haec omnia spirituali intelligentia dixit Scriptura, cogitationem nostram contingens, ut nihil salutis relinquamus, neque occasio nobis fiat a proposito excedendi. Sunt enim haec in homine, verum non oportet curiose perscrutari. Attamen iuxta illorum rationem, si mens est spiritus, & spiritus mens: haec autem extra animam sunt, qua ratio-*

ne rursus dicit, *Psallam spiritui, psallam & mente*. Per hoc enim ostendit spiritum non esse mentem, neque mentem spiritum. Deinde rursus, *Anima peccans ipsa moritur*: non exemplo corpore pronunciauit. *Erant enim*, inquit, *in nauis ferme septuaginta anime*. Et omnino animae non erant absque corpore, sed corpora cum animis. Et rursus solet hominum confectudo vocare hominem vno nomine; nempe quum dicit, *Dominus est octuaginta corporum*: non omnino absque animis. Verbum itaque caro factum est: non absque anima, non absque reliquo toto negotio & apparatu. Non enim qui dicit *Anima*, absque corpore pronunciauit. Neque quando dicimus *corpora*, absque anima esse intelligimus. Quid igitur visum est quibusdam dicere volentibus, mentem a Christo eiecitam esse, aut quid hoc Ecclesiae profuit, aut cur non potius turbauit? Quomodo vero non defectuosam facit nostram salutem, qui talia cogitat? Nos enim non possumus intelligere, aliud mentem esse: neque hanc per se substantiam esse possumus affirmare, sed quod compositum est & rationale & sapiens in singulis delictis, velut si dicas, Cognitionem hominis. Sicut enim oculi sunt in corpore, ita mens in anima. Rursus porro neque hoc contentiose altruimus, sed simpliciter intellectualem in hominibus partem esse asserimus. Quid igitur est homo? Anima, corpus, mens, & si quid est aliud. Quid igitur ut saluaret, Dominus venit? omnino hominem perfectum. Igitur omnia quae sunt in ipso, perfecte accepit. Alioqui vnde haec in ipso implebantur, quae in homine contulit, a mente & corpore ac anima & vniuersa in incarnatione, excepto peccato? Naec vaticinabatur, ratiocinabat. id quod clare nobis suggerit diuina Scriptura, dicens, *Eccce intelliget Filius meus diuinitatem quem elegi, in quo bene complacitum est animae meae, ponam spiritum meum, &c.* Ipsa igitur intelligentia ubi impletus est, siquidem in Deitatem, manca ergo est deitas intelligentia. absit. Haec enim in dominicum hominem impletur. Si vero in dominicum hominem impleta est, quomodo intelligit in carnato, quo sine mente est impossibile hoc est. Si enim omnino vox, intelligit, ad Christum refertur: Christus autem ex supernis est Deus Verbum, caro vero factus ex Matia, & homo factus nobiscum conuersatus est, velut scriptum est, ergo citra ambiguitatem vna cum mente dispensationem suscepit, nam huic conuenit intelligentia. Propter hoc enim de ipso dicit Euangelij, *Proficiebat sapientia & aetate*. Deitas non suscipit gratiam, neque sapientia caret, quae tota sapientia existit. Verum sapientia proficiebat Saluatoris humana natura, non mentis exors, quandoquidem neque falli potuit. Et gratie proficiebat, quum reuera puer crederet. Si vero propterea quod mentem accepit, ipsum peccatum consequenter ponit: igitur potius hoc consequetur, si demus ipsam accepisse carnem, sine qua peccatum non perficitur. Manifesta autem sunt opera carnis penitus, quoniam datus, & in carne peccauit, carne accepta. *Nos enim*, inquit Apostolus, *quod non habuit in me aliquid boni*, hoc est in carne mea. Quis vero audebit dicere, propterea quod Saluator carnem assumpsit, a carne abductum esse, ita ut bruta carnis opera perfecisset, iuxta totius valis propriam consequentiam, quem tamen valem & humanam carnem habuisse constat, sed in stulla re lapsantem. Deus enim Verbum ex supernis a patre progressum, quum voluisset in carne nasci, frenabat vas ipsum, & sicut volebat, cohibere ipsum ab omni inutili naturali turba potuit. Si vero volebat, remittebatur remittebat autem ad rationales, & decentes ipsius Deitatem, corporales necessitates. Neque enim quum haberet mentem in veritate, quemadmodum totam incarnationem in veritate, mens distendebatur ad irracionales concupiscentias: Neque ea quae carnis sunt, similiter ut nos, faciebat aut cogitabat. Verum ut Deus in carne vera genitus ex Virgine Matia, & carne & anima faciebat, itaque mente, & toto vase, in hominum genere conuersabatur, ex supernis ex parte in substantia existens Deus Verbum. Caeterum ne caullentur aliqui abusu hoc dictum esse: velut illud, *Intelligere clamore meum*. Illud enim abusu propter preces datum

S. CYPRIANUS
S. EPIPHANIUS
DOPE FLA

E

F

G

H

A datum est, & manifestus est vsus. Verum exemplum carnalis ipsius aduentus per Prophetas predictum est. Nam hoc, *Et proficiebat etate verum est.* At quid tales se dicere putant? Si dixerimus Christum, perfectum hominem ex Maria natum, nunquid suspicabimur ipsum peccatis lubricum fuisse? *Peccatum enim non fecit, neque inuenimus est dolus in ore ipsius.* Si enim virtutem suam sanctis infulsaui, & hi quibus inspirauit testantur, quod erant sancti, iusti, progressi in diebus suis citra reprehensionem: quanto magis ipse, in quo omni Deitatis plenitudine habitare complacuit corporaliter, etiam si carnem veram accepit ex Maria semper Virgine, & animam vere humanam, & mentem, & si quid aliud est in homine, ipse in seipso habens vniuersa, continuit Deus existens, non diuina ad maliciam, non fracta a maligno illo, non capta voluptate, non cadentia sub delictum Adæ. Et propterea dicit Apostolus, *Factus ex muliere factus sub legem.* Et rursus, *In habitu inuenimus vi homo.* At voces, *In habitu, & factus, & sub legem,* per vtraque colliguntur, perfectionem significant, ac ab affectibus peccati alienantur. Nam ex voce factus, quod sit perfectus indicatur: ex voce sub Legem, quod non in apparentia, ex voce in habitu, forme firmitas, ex voce vi homo, a peccato alienitas. Hæc igitur quæ sic habeant, nemo nos decipiat vanis fabulis. Si enim supèr vere genit⁹ est à patre, etiã natus est ex Maria, & supèrne verax est & in ferno. Et si supèrne imperfectus est, etiam infra imperfectus est. Si vero supèrne perfectus est, etiam infra perfectus est, non in alio perfecto habitauit, sed in seipsum omnia perfecit. Et resurrexit ex mortuis, non amplius patritus in monumento in corpore, & Deitatem, & animam in infernis, non amplius subtractum cadens, non amplius abstinens, sed ingrediens foribus conclusis, contractatus, tamen à Thoma, vt ne imaginatio putaretur, sed veritas. Qui à Thoma creditus est, vbi impletum esset quod prædictum est *Manibus meis Deum requisitum, & non sum deceptus.* Idem Deus, idem homo, qui non confusionem operatus est, sed duo miscuit in vnum, non ad interitum cedens, sed corpus terreum vna cum Deitate potens efficiens, in vnam virtutem vniuit, in vnam Deitatem collegit, vnus existens Dominus, vnus Christus, non duo Christi, neque duo Dei. In ipso corpus spirituale, in ipso Deitas incomprehensibilis, quod passum est, incorruptum, quod passionis exors est, incorruptibile, incorruptibilitas in totum Deus Dominus, sedens in dextera Patris non relicta carne, sed in vnum cõnita, & in vnam in totum Deitatem, sedens in dextera Patris. Hi igitur vnigenitus, perfectus, increatus, immutabilis, imalterabilis, nullam intelligentiam comprehensibilis, inuisibilis, qui homo factus, inter nos versatus est, & spiritualiter resurrexit, & non amplius moritur, non amplius inops est, qui propter nos inops fuit, quum diues esset, qui totus spiritus est, qui carnale & diuinum vnit, Dominus vnus, Rex, Christus, filius Dei, qui sedet in dextera patris super omnem principatum ac potestatem, & virtutem, & omne nomen quod nominatur: hic dicit in Euangelio, *Euntes baptizate omnes gentes in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti,* atque hoc in medio ipsorum existens, non significauit coniunctionem esse Filium Patri, sed Patrem nouit Patrem verum, & seipsum verum demonstrauit in substantia existens verbum: & Spiritum suum sanctum in substantia existentem Spiritum, & Spiritum veritatis, increatum, immutabilem, inalterabilem. Non sicut quis suspicari possit, qui dolose ad fidem feratur, & pedes suos occultet, & astute se erga veritatem gerat. Scrutatur enim corda & renes Deus. Et dicit nimium hæreticus, Credo quod Pater est Pater, & Filius Filius, & Spiritus sanctus, Spiritus sanctus: & confiteor tres substantias in vna essentia. Non autem aliam dico essentiam præter Deitatem, non aliam Deitatem præter essentiam. At propter exactum adeo sermonem faciendum, & essentiam vocamus, vt ne aliam atque aliam speciem Deitatis ipsius Trinitatis dicamus. Talis enim astute velut dixit absconditur, etiam rursus dolose, dicit, Credo quod Pater, Pater: Filius, Filius: Spiritus sanctus, Spiritus sanctus. Verum opinionem talem occultatam habet, & velut à nobis affi-

mulans in seipso dicit: nempe, Sicut ego habeo corpus & animam & spiritum humanum, sic etiam Deitas. Pater quidem vtra dicam est species, filius vero, sicut in homine anima, spiritus autem, sicut quod inspirat per hominem. Quidam enim dolose agunt, & sic de Deitate iudicant. Nos autem non sic didicimus. Verum ecce pater in cælo per vocem testatur, Ecce filius in Iordane, ecce spiritus sanctus in specie columbæ descendens figurabatur: imo per seipsum figurabatur, vt qui per se substantia existat, non diuersa à Patris & Filij, sed eiusdem essentia. Rursus aliter. Ecce pater sedet in cælo. At vocem *Sedet*, ne rursus humano more accipere, sed talem quæ nec enarrari nec comprehendi possit, intellige. Et non dixit, Rediit Filius in Patrem, sed *sedet in dextera Patris.* Et rursus de spiritu sancto dicens vnigenitus docuit, Ego abeo, ille veniet spiritus sanctus, spiritus veritatis. *Si ego non abiero, etiam ille non veniet.* Si vero erat spiritus, coniunctio cum ipso filio, non vtiq; dixisset, *Ab eo, & ille veniet.* Verum vt indicet substantiam & substantiam. Vna enim est Deitas, vnus Deus, vna veritas. Atque sic scripti ei, qui cupit vitæ nostræ consequentiam, & firmam confessionem à Lege ac Prophetis, & Euangelis atque Apostolis, & temporibus Apostolorum, non vsque ad nostra tempora in Catholica Ecclesia impollute seruata, verum per inuidiam seditionis vnus ac verè fidei, iuxta tēporis aliam atque aliam occasionem, per hæreses eandem fidem & spem ac salutem nostram persecutionem passam, ita tamen, vt durarit in sua veritate, quum hæreses singulis temporibus seipsas polluant, & ab Ecclesia abalienent. Quemadmodum etiam recens rursus audimus quosdam, qui primas sibi ferre videntur apud quosdam pietatis in Ægypto exercitatores, itemque in Thebaide, atque aliis regionibus: & similia Hieracitis sentiunt ac dicunt, resurrectionem quidem carnis nostræ affirmantes, non autem huius, sed alterius cuiusdam pro ipsa. Quum vero tales à vera via discesserint, & veritatem Dei ad fabulas conuerterint, itemque firmam spem nostram euerterint, ea de causa etiam de hoc rursus dicere cogimur. Increduli equidem totum resurrectionis negocium negant. Verum falsam fidem habentium, & impure ac stolidè à vera spe lapsorum est sic de resurrectione sentire. Et Græci quidem sunt, qui penitus resurrectionem negant, propter impietatem multitudinis iniquitatum, quæ apud ipsos sunt. Odio enim habent resurrectionem, per quam pudore confundentur, quod Deum ignorarint, & ipsius mandata. Verum tamen resurgent, etiam si nolint, & vniuersa creatura palam ipsos redarguit, singulis diebus resurrectionis speciem ostendens. Occidit enim dies, & mortuorum modum inuimus per soporem. Exoritur dies nos expectans, & resurrectionis signum demonstrans. Decerpuntur fructus, & status rerum excinditur, ita vt hinc nostri discessus facies præstituerit. Seminatur terra, & germinat, quoniam fracta post sectionem resurgens. Locusta moritur, vbi quandam sui ipsius feturam abiecit in terram defodit, & post tempus terra reddit ea quæ defossa sunt. Semina fructuum feruntur, & primum moriuntur, deinde perficiuntur. Nisi enim mortua fuerint, non viuificantur. Signacula in nobis fecit Deus per vngues decem & decem, qui de resurrectionis nostræ spe testimonium præbent. Sed & velut per coronam capilli, resurrectionem nostram declarauit. Nam quod in nobis mortuum corpus videtur, hoc est pilli, singulis vicibus relecti rursus pullulant, resurrectionis spem indicantes. Et innumera dici possunt ad incredulorum certitudinem ab exemplis. Verum non persuasit hos palumbes auicula, neque myoxus animal. Moritur enim hoc semestere, & palumbes in diebus quadraginta, & rursus post tempora sua reuiuiscunt. Scarabzi mortui vicini, in pila stercoreis seipso occultant, talem pilam in terra sepelientes ac defodientes, atque sic ex suo ipsorum humore rursus reuiuiscunt comperiuntur. Cæterum de Phœnicia Arabica auicula dicere superfluum est. Iam enim ad aures multorum peruenit, credentium & non credentium. Historia autem de ipso talis apparet. Quingentesimum annum agens, & vbi cogitauerit tempus mortis suæ instare, ro-

*Christusque
caus exors.*

*Trinitatis
falsa opinio.*

B

F

Hieracitis.

G

*Resurrectio
narratio.*

H

*Myoxi &
palumbæ
natura.*

*Phœnicia
historia.*



A

gum ex atomatibus sibi constringit, eaque in urbem Aegyptiorum Heliopolim appellatam defert, & propriis pedibus ac alis pectora sua valde pulsans, ignemque à corpore suo proferens, subiectam materiam in loco incendit, atque sic seipsum exurit, & omnes carnes suas una cum ossibus. Verum ex Dei dispensatione nebula demittitur, quæ pluviam effundit, & flammam corpus aliis contumencem extinguit, quæ morti iam sit phoenix & extreme tostus. Extincta autem flamma, reliquæ carnis ipsius adhuc crudæ restant, quæ ad unum diem dissipatæ vermem gignunt. Verum autem penas producit, pullus evadens. Tertia vero die crescit, & accepto incremento, his qui in eo loco versantur, seipsum ostendit, & rursus ad propriam patriam recurrit acquiescit. Porro admiratio animi meum subit, de incredulorum Græcorum atque aliorum Barbarorum decepta per omnia mente: quod in fabulis suis non veretur resurrectionem omnibus declarare, & de resurrectione sæpe canere, velut fabulæ ipsorum describant. Alcestim quidem Pelæi filiam mortuam esse, propter vitium suum Admetum, & propter Herculem, post triduum vero resurrexisse, & ex adydis eductam esse, Pelopem vero Tantali filium, ubi carnes ipsius distributæ essent à proprio eius patre & Amphiarao, falso appellatis ipsorum deis. Et Eucles ab Aesculapio resuscitatus est, & Castor propter Pollacem fratrem suum, qui vitro ipsi vitam aternis diebus alterare voluit, & Proteus propter Laodamiam. Sed & Sisyphum, & Tantalum, & Caucafi filias, quas Erinnyas vocauerunt, & una cum his Tiresiam, in Tartarum detrosos esse tradunt, atque illic penas dare, illum quidem per saxum, hunc per rotam, & alios aliter supplicio affectos esse, & adhuc in supplicio esse, velut qui non ad interitum sint redacti, verum sint in corporibus. Si enim corpora non haberent, quomodo sub petram & rotam, supplicii traderentur? Et multa de his dici possent ad confirmandam nostram fidem, atque ipsos redarguendos. Sed & qui ex hæreticis proficiscuntur, similia his canunt, & à fide aliena, in eo quod aliqui hæretici dicunt, non corporis, sed animæ resurrectionem fore. Eodem modo autem etiam prædicti Græci idem putant, ac cum illis opinantur, ut sint verba ipsorum nugacia, motus gratia magis profusa. Si enim resurrectionem asserunt hæretes, & omnino resurrectionem esse putant, veram de anima hanc decernunt, stolidum est hoc ipsum. Quomodo enim anima resurget, quæ non cecidit? Non enim sepelimus animas in monumentis, sed corpora. Animæ enim non cadunt, sed carnes, quemadmodum etiam consuetudo mortua corpora, cadavera appellare solet. Itaque si resurrectionem ipsi consententur, omnibus manifestum est quod non animæ, sed corporis lapsi. At vero Græci rursus redarguuntur resurrectionem in totum negantes, deferentes in monumenta cibos ac potus. In Pandemis, hoc est popularibus appellatis diebus, edulia quidem mortuis ex hoc offerentes, imo potus seipsos lædentes. Verum tamen coguntur à consuetudine confiteri mortuorum resurrectionem. Nam ubi posita sunt corpora defunctorum, accedunt & inclamant, nomina proferentes sepulchrorum mortuorum, Resurgete (dicentes) tu, comede & bibe, & lætare. Et si quidem animas illic putant permanere, ubi reliquæ mortuorum sepultæ sunt: passionis exors est talis animarum expectatio, permanent enim isthic in futuram diem & resurrectionem regenerationis, donec composita & cõiungata ipsorum receperint corpora, etiam si abominantur Græci carnem ut vilem, & quæ penitus dissipetur, ac spem non habeant reuiuiscendi. Si vero non hoc modo id faciunt, qua ratione anima essentia corporum meliores illigantes, damnationi magis obijciunt, opinione hæc decernentes, & assident mortuis reliquis? Aut ob quam spei expectationem permaneant, dicant. At manifestum est, quod non animas putent esse in monumentis, sed in custodiis quibusdam unicuique animæ à Deo destinatis, pro vitæ transectæ dignitate & pro fa-

B
Pœtorum fabulas resurrectione adstruere.

C
Cadaverum appellatio.

D
Græcorum ritus circa defunctos.

ctorum merito. Corpora vero vnusquisque proximi sui propriis manibus in corporum siue ossium loculis deposuit. Bonum autem fuerit apud omnes vnã esse opinionem de his, & consequentiam, ex his quæ vndiquaque in confesso sunt. Verum apud incredulos vice versa quæ vera sunt, negantur, & quæ in Deo possibilia sunt, in suam apud ipsos non corroborantur. At de his satis dictum esse puto, paucis è multis exemplis à nobis productis. Cæterum de his qui Christiani esse videntur, verum Origeni credunt, & mortuorum quidem resurrectionem consententur, tum carnis nostræ, tum corporis Domini, sancti illius ex Maria assumpti, hanc autem carnem non resurgere dicunt, sed aliam pro hac ex Deo dari, quomodo non dixerimus magis impiam aliis habere ipsos opinionem, & stolidiorem quam est Græca? Primum equidem si alia pro hac resurgit, iuxta ipsorum sermone, non iustum est Dei iudicium, quod aliam carnem pro ea quæ peccauit, iudicat, aut aliud corpus in gloriam hereditatis & regnum cælorum inferat, pro eo quod in ieiunijs ac vigilijs & persecutionibus propter nomen Dei fatigatum est. Quomodo vero etiam anima sedebit sola, iuxta hæreticorum rationem non præsentem corpore quod simul peccauit? Contradixerit enim talis anima iudicio Dei allerens corporis fuisse peccata. Habet etiam demonstrationem, iuxta contentiosam rationem, sed non in veritate. Potest enim dicere, Non ego peccavi, sed corpus. Ex quo enim egressa sum de corpore, neque scortata sum, neque adulterium commisi, non furtum feci, non occidi, non simulachra colui, non quicquam mali & intolerabile perpetravi: & rationi consentanea reperitur ipsius defensio. Quomodo autem recte se ipsa excalet, quid dicemus: cessat ergo Dei iudicium? Imo inulte inferat Deus iram contra homines abfite. Nouimus autem quod omnia Deo possibilia sunt, & potest & corpus proferre abique anima, & corpora deleta rursus reuiuicare potest, mouere que ipsa à seipsis siue animis, si ita velit: quemadmodum etiam iam circa sanctissimum Iezechielem rationem dispensationem fecit. Dixit enim sancto Propheta, *Dic fili hominis, congregabitur os ad os, & iunctura adiuncturam.* Et admiranda erat Dei potentia, quod nondum immixtis animis, sed siccis existentibus ossibus, non solum vim mortis habebant, ob Dei efficaciam, sed & intelligentia repleta sunt ossa, & cognitione non vulgati. Non enim pedum ossa per obtinonem ad caput accedebant, neque colli verticula circa talorum iuncturas errantes locum querebant, sed singula ossa & mouebantur, & vadebant iuxta intelligentiam, & ad suam iuncturam accedebant. Si itaque vult Deus, potest & corpora sine anima suscitare. In hoc enim potentiam suam ostendit, quod videlicet id, quod apud homines desperatum est, primum resuscitat per hoc quod Iezechiel præcepit. Et non dixit, *Dic fili hominis ut primum veniat spiritus: sed postquam facile factum est, quod difficile erat, propter fidem, corpora videlicet coniungi: tunc præcepit ut animæ in ipsa corpora ingrederentur.* *Et surrexit, inquit, multa congregatio.* Proinde posse Deum facere dixi, ut etiam corpus citra animam reuiuiscat, velut prius dictum est. Sed non potest iudicari per seipsum corpus. Habet enim iustam excusationem aduersus iudicium Dei. Nam & ipsum dicit, *Ex anima illa erat peccatum, ego non fui causa.* Ex quo enim illa à me discessit, neque adulterium commisi, neque scortatus sum, neque furtum feci, neque simulachra colui, neque aliquid tale peccatum peregi. Et erit iudicium Dei inefficax contra contentiosorum rationem. Quapropter velut erat corpus & anima, compositus homo vnus ex Deo genitus, ita rursus iustum iudex corpus exsuscitat, & animam ipsius ipsi indit. Et sic iustum fiet Dei iudicium, dum ambo participant aut supplicio propter peccatum, aut cultu Dei & mercedis retributione sanctis reddenda propter virtutem. Cæterum hæc ad confirmationem veritatis spei nostræ sufficere reputantes, pauca pro multis apponimus. Verum propter eos qui dicunt aliud corpus pro eo, quod cecidit, resurgere, rursus laborem aggredimur, prodesse cupidi-

Origeni a Pœtorum resurrectione mortuorum.

G

H

Corpus illud quod cecidit resurgere.

S. CYPRIANUS
 S. EPIPHANIUS
 DOPE FLA

A Pidi his qui intelligere volunt, & vitam suam perdere non conantur, & non negare carnis nostrae resurrectionem, in qua omnis thesaurus, & fundamentum omnis sapientis cogitationis, & omnis bonae operationis deposita est, iuxta id quod dictum est: *Habentes thesaurum hunc in resecis vasibus, &c.* Abstinenciam enim exercemus nos debiles caste agentes, elemosynam facere cupimus, qui sumus impotentes, propter eorum quae speramus fructuonem, mortuorum videlicet resurrectionem. Atque sic is qui aegrotat, fundatus est in fide ac spe, dilectionis Dei testimonio, & pro nomine Dei in persecutionibus tormentorum & aliorum crudelium suppliciorum, inter eos qui non negant resurrectionem carnis nostrae, sed credunt quod ipsum hoc, quod seminatur in terra, resurgat. Dno enim manifesta & vera testimonia dederunt nobis divinae Scripturae, per quae possumus resurrectionis nostrae spem cognoscere, & non per fabulas vanorum hominum decipi, qui ipsi decepti sunt, & vitam fraudem praecipserunt. Quo itaque non multis testimoniis utar (non enim pauca sunt in nouo ac veteri Testamento) de nostra spe ac resurrectione, compendioso hoc dicam. Si aliud esset quod resurgit, quem admodum aliqui asserunt, non sane Apostolus affirmasset, dicens, *Operet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatem.* Quandoquidem verum & de gloria sanctorum, quomodo illustrabunt & alterabuntur in gloria post resurrectionem, velut dicit, *Resurgit in gloria:* in spe nos fundari oportet, dicit Scriptura, *Stulte, tu quod seminas non viuificatur, nisi mortuum fuerit.* Et non ipsum quod nascetur corpus seminas, sed fortassis granum frumenti, aut aliorum seminum, & Deus dat ipsi corpus ut voluit. Hoc in gloriam eorum, qui resurgunt in claritudine, dixit. Quo vero ostendat granum sumere gloriam per seipsum, dixit in Evangelio, qui etiam in Paulo loquutus est de resurrectione. *Nisi granum frumenti lapsum in terram mortuum fuerit, solum manet. Si vero mortuum fuerit, multum fructum ferit.* Igitur Apostolus granum dixit, & Saluator idem granum corporis sui demonstrauit. Quid igitur dicemus? Non ipsum quod seminatum est proprium corpus suum, hoc est granum resurrexit, aut aliud erat quod ex ipso post triduum resurrexit ex monumento, vel ut angeli dicunt, *Resurrexit non est hic,* & sicut ad Mariam dixit, *Ne me tangas, nondum enim ascendit ad patrem meum:* & sicut ostendit manus & latus Thomae, dicens, *Ne sis incredulus:* At incredulorum est dicere, Omnino non resurrexit. Eorum vero qui salam fidem habent, est dicere, non id quod obdormit, resurrexit. Credentium autem est dicere, quod idem corpus resurrexit, & ab ipso corpore suscitauit nostrum, vt nos in spem veritatis confirmet, Ea enim gratia & typos clauorum reliquit, non delectis ipsorum punctis, neque lanceae loco oblitterato, & quidem quem introiret foribus conclusis. Nam carnale ipsum, spirituale resurrexit, sed non aliud ab eo quod erat in Deitate conuerti, in spiritus subtilitatem redactum. Si quidem enim fuisset spiritus subtilitas, qualis terrae caeuerna, ita paruum corpus suscepisset? Verum vt ostendat, quod ipsa corruptibilitas nostra induit incorruptibilitatem. Etiam si enim mortale est, induit immortalitatem. Intrauit quidem foribus clausis, vt indicaret crassum subtile, & mortale immortale, & corruptibile incorruptibile. Quo vero redargueret omnes incredulos de nostra salute, resurrectione inquam, is qui in subtilitatem transmutauit corpus & resurrectionem in spiritum contempert, non delectat catrices clauorum, neque lanceae typonem: sed ostendit id ipsum quod in cruce passum fuit, quod non aliud esset inquam quod resurrexit, neque aliud ex ipso productum, sed ipsum quod passum fuit passionis exors, & ipsum quod cecidit granum id quod resurrexit, resurrexit autem incorruptibile. Et vt ne rursus putemus partem aliquam ex ipso suscitaram fuisse, ipsum quidem totum non vidit corruptionem, sed ipsum totum resurrexit. Dicit enim, *Resurrexit, non est hic:* vere resurrexit, & non errant Scripturae, quae sunt vita nostra. Et vt ne inueniant seducti praetextum, ossa & carnem ostendit Thomae, & discipulis suis dixit, *Videte me quod ego sum. Spiritus*

enim ossa & carnem non habet, quem admodum me videtis habere. Si vero quis caullans dicat, At Saluatoris nostri corpus electum ac praecipuum erat, eo quod solum conceptum est à Maria, & sine virili femine. At nemo potest hoc dicere, neque demonstrare. Si vero quis rursus caullans dicat, Christi solum corpus totum resurrexit, nostrum vero non idem resurgit, sed pro ipso aliud, Quomodo igitur dicit, *Resurrexit Christus, primitiae eorum qui dormierunt,* ita est & id ipsum corpus primitiae eorum, qui resurgunt? Quomodo autem primitiae fuit Christus eorum qui obdormierunt, discant, & ne rursus ad alium errorem conuertantur, & alias Scripturas mentiri putent. Ante seipsū enim suscitauit Lazarum, & filium viduae in Naim, Et Helias suscitauit mortuum. Sed & Heliseus duos mortuos suscitauit, alterum adhuc super terra positum, alterum sepultum. Sed illi quidem vbi resurrexerunt, rursus mortui sunt, expectant autem vnam & catholicam resurrectionem. Christus autem est primitiae eorum qui dormierunt, quoniam vbi resurrexit, non amplius moritur mors ipsi non amplius dominatur, velut scriptum est. Semel enim mortuus est pro nobis sustinens passionem, propter nostras passiones: semel gustauit mortem, mortem autem crucis. Verbum ipsum vltro propter nos ad maiorem progressum, quo morte mortem mortificaret. Verbum caro factum, non patiens in Deitate, verum compatiens cum humana natura. Passio ipsius reputatur, manente ipso in immortalitate. Ipse enim dixit, *Ego sum vita.* Neque per carnem nobis spes. Maledictus enim, inquit, qui sperat in hominem, & erit velut Ilyueltris myrica in deserto. Quid igitur dicemus? non est homo Christus, ex praedictis? Omnibus sane manifestum est, quod citra ambiguitatem confitemur Dominum Deum Verbum, hominem factum esse, non apparentia, sed veritate. At non est homo, qui venit in praesentia Deitatis. Neque enim in homine est nostra spes salutis. Nullus enim ex omnibus hominibus ab ipso Adam, salutem operari potuit, nisi Deus Verbum homo factus, vt ne spes nostra esset in hominem, sed in Deum viuentem & verum hominem factum. *Omnis enim sacerdos ab hominibus acceptus pro hominibus constituitur,* velut scriptum est. *Vnde à nostra carne accepit Dominus carnem, & homo factus est nobis similis Deus Verbum, vt in Deitate daret nobis salutem, & in sua humanitate pateretur pro nobis hominibus, passionem per passionem soluens, & mortem per mortem propriam mortificans.* Reputata est autem passio in deitatem, & quidem quum passionis exors sit deitas, quoniam sic voluit sanctus & passionis exors Deus Verbum. Est autem exemplum tale quoddam. Velut si quis vestem indutus, in veste vero sanguis respergitur inquit vestem, verum ad corpus induti non perueniat, refertur autem macula ex sanguine ad eum, qui veste indutus est. Sic in carne passus est Christus, in ipso, inquam dominico homine, quem ipse formauit, qui è caelis descendit Deus Verbum, velut sanctus Petrus dicit, *Mortificatus carne, viuificatus autem spiritu.* Et rursus, *Quum igitur Christus passus sit pro nobis carne.* Itaque etiam vos eandem intelligentiam assumite, sic sanguinem in veste ad gestantem referitis, quomodo reputata est ipsi passio carnis ad Deitatem, nihil ipsa passa, vt ne in hominem habeat mundus spem, sed in dominico homine, Deitate sustinente ad ipsam referatur passio, quo fiat salus pro mundo ipsa Deitatis à passione alienitas: quo passio in carne facta ad Deitatem referatur, etiam si nihil passa sit ipsa, vt impleatur Scriptura dicens, *Si enim cognouissent, non utique Dominum gloriae crucifixissent, &c.* Crucifixus igitur crucifixus est Dominus, & adoratus crucifixus, & sepultus, & qui resurrexit tertia die, ascendit in caelos. *O altitudo diuitiarum, & sapientiae & cognitionis Dei,* velut scriptum est. *Ex parte enim cognouimus, & ex parte prophetamus, velut guttam ex pelago cognitionis Dei haurientes, & huiusmodi dispensationis exemplum comprehendentes, spei videlicet nostrae gratiam, ex bona voluntate Patris, voluntate Filij, cum voluntate spiritus sancti, eiusdem Dei dispensationis.* Habebunt porro omnes Scripturae spiritum resurrectionis praedicationem. Verum resurrectio reueruatur ipsius in substantia existentis Verbi

C
Christi resurrectionis
qualis.

E
Primitiae
Christus
quomodo
dicatur.

F

G

H
Passionis
Christi
simile.

H

bi

A Resurrectio
nis loci, in
Scriptura.

bi aduentui. Complementum enim legis Chritus, sicut scriptum est. Vbi enim non dixit diuina Scriptura de resurrectione? Primum sanguis Abel praeclat, post mortem enim adhuc loquitur. Dicit Scriptura Enoch transpositus est. & non infamebatur, & non vidit mortem. Complacuit Noe Deo, arcam contulit ex precepto Dei, regenerationem sibi ipsi operans ac efficiens per propriam domum. Abraham senex acquirit Filium, mortificato iam corpore: & ex mortuis Deus spem largitus est, maxime quum vterus Sara emortuus esset, & quod inueterata erat, & ferme ad deletionem peruenerat, iuxta consuetum mulierum morem, ipsa videlicet refecit fons, rursus vim accipit ad feminis detractionem: & anicula iuuenula fert partum, & Isaac a morte viuens patri traditus est. Deus enim qui ex resurrectione mortuorum patri filium tradidit viuentem, spem praedicebat. Ioseph indicat hanc rem non in secundo loco ponens ossium spem, curam enim habebat talium, non velut pereuntium, sed quae rursus reuictura essent, & praecipue ea afferri ex Aegyptiorum regione. Non frustra Ioseph hoc significabat, Comportate mihi ossa dicens. visitatione enim visitabit vos Dominus. Si non spes fuisset resurrectionis, qualis esset ossium cura ut de corruptibilibus ossibus praeciperent iusti? Prima vox ad Mosem est testimonium Dei, Ego Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob: qui in mundo quidem mortui sunt, apud me autem viuunt. Vnus & idem spiritus est, qui loquutus est in Legge, & qui docet in Euangelio. Hoc enim & Sadducaei Saluator significauit, Qui loquutus est in Prophetis, adest mihi. Ostendit hoc & virga Aaron, quae per multos annos arida fuit, & in tabernaculo a vespere vsque ad matutinum relicta (nam viuae arbores cum langoribus per duodecim menses iuxta circuitum completo anno, fructus gignunt, & sole fouente, & pluuiis rigantibus, & rore excedente, nocte quae ac de nutrientibus) & sub vna voce difficultatem Deus facilem effecit. Germinauit enim arida virga, & folia emisit, & fructus maturos. Similia enim ostendit Deus futuram resurrectionis. At vbi concipiuntur pueri secundum venerandas nuptias, quas Dominus ostendit, primum delicitur semen consequentia, velut Dominus dixit in veteros genitales. Temporis autem progressus, quod deiectionem est, obuoluitur in vtero, & perficitur per nouem mensium tempus, & absoluitur quod conceptum est ac gignitur. In resurrectione autem non sic, in momento enim res contingit. Sonabit enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, velut ostendit Dominus in tabernaculo testimonij. Quod nucis quae viuis arboribus per duodecim menses gignantur, in arido ligno densantur, & germen edunt etiam sub vna nocte. Et non hoc solum, sed in vnius horae spacio perfecit id, quod per duodecim menses, velut dictum est, gignitur. Et quod foetus, qui per nouem menses in vtero est, per multum tempus coactus perficitur. Verum in resurrectione sub momento completum resurgit. Persuadeat incredulos potentia Domini. Nemo resistat sententia. Audiat Moyses, & ostendat, Quid in manu tua? inquit Dominus. Ipse vero dixit, Virga. Virga autem haec lignea erat, & sicca penitus, & dixit, Abiice ipsam in terram: & abiicit aridam virgam, & quod aridum erat, humidum Deus efficiebat, & non solum humidum, sed etiam animatum, imo & natura alteratum, & essentialiter formatum. Non erat spectrum, hoc opus. Veritas enim Dei praeccepto operatur, & non imaginatione. Nam in omnibus corrigens nostram cogitationem per Mosem declarauit veritatem. Cognouit enim Propheta, quod id quod factum erat, non erat factum in apparentia, sed veritate, in eo quod auferret. Si enim imaginatio fuisset quod factum erat non auferretur a conspectu serpentis. At, vt ne rursus hoc offendiculum praebere contentiosis, & dicant, quod alia erat virga, Deus vero dedit ipsi aliud corpus sicut voluit. Primum quidem igitur discant, quod non aliam pro alia nominauit, sed illam ipsam quae arida erat animauit. Quoniam hoc datum virgae corpus, & motum ab ipso genus, siue speciem Deus in iudicium non vocabat: neque pro virga draconem iudicare voluit, sed certi-

B

tudinem resurrectionis per virgam operatus est, & propriam potentiam Deus ostendit, vt ne quis fidem detroget in omnibus potenti. Atque hoc ipsum cum omni certitudine fecit. Non enim partem quandam virgae suscitauit, sed totam virgam transfurauit sicut voluit. Et quod haec sic se habeant, & mortui spem vitae aeternae habent, & qui in monumentis sunt, resurgenti: cita mihi rursus testem fide dignissimum Mosem. Etenim vbi deliquisset Rubim, detestatur ipsum Pater eius, sanctus Iacob patriarcha, & dicit, Rubim primogenitus meus, & principium filiorum meorum, contumeliam persequisti, velut aqua non effluens, ascendisti enim in cubile patris tui, & occultasti quo ascendisti. Verum in Hebraico elthohar habetur, quod est, si interpretaris, non reflexeris, aut non accesseris, aut non rediueris, id quod nudo modo indicatur per dictionem, non effluens, Interpretes autem sic reddiderunt. Et si vis dicere quod haec sic dicit, & quod mors a patre huic qui peccauerat, decernabatur, Moses tibi declarabit. Nam quum & ipse duodecim tribubus benediceret, ad Rubim progressus, & gnatus quod esset sacerdos Leui: In manu enim sacerdotij soluebantur ac ligabantur peccata, inquit, Viuat Rubim, & non moriatur. Quomodo vero viuere poterat, qui ante centum viginti sex annos sepulchus erat? Verum quoniam nouit resurrectionem omnium futuram esse, & nouit mortem secundam per condemnationem in die iudicij, & vnius ipsam pro vno supplicio leuare a futuris, dicit, Viuat, in resurrectione significans. Nouerat enim quod vniuent omnes, & non moreretur, hoc est, non obiceretur morti secundae, condemnationis videlicet & tormentis aeternis. Si enim de vitae damno cura ipsi fuisset, sufficere dicitur solum, Viuat Rubim. Quandoquidem vero de futuris significat, dicit Viuat Rubim, & non moriatur. Et vnde potest quis tot testimonia colligere, de nostra spe, & resurrectionis expectatione verae, & non in apparentia? Dicant enim vna opinione fontes & frustra contententes: Vtū quandoque pars corporum resurgit, aut omnia particularia: aut rursus quaedam tota resurgunt, & quorundam particularis contingit resurrectio, quorundam vero totius corporis? Qualis est talis personarum acceptio? Nūquid personarum acceptio est apud Deum? Perficuntur vbi aut quando suscitatur sancti mortuum ex parte & non totum corpus. Filius viduae in Saraphthia totus resurrexit, & non est pars relicta: filius Sunamitidis totus resurrexit, & nullum membrum reliquit, quod non resurrexisset. Et Dominus Lazarum suscitauit, & non reliquit reliquias in monumento, sed vna cum tēnis ac indumentis: & non est omnino opus vestibus in iudicij die. Filium viduae in Naim totum suscitauit, filium principis Synagogae, filium Centurionis: & dō vanam opinionem eorum, qui talia cogitant, quod partem suscitatur, & partem relinquit. Videamus autem ex ipsis subiectis, & his quae iam aequaliter spei nostrae facta sunt. Enoch totus transpositus est, & non vidit hucusque mortē. Quo vero in duobus viuentibus corporibus, delectare vobis perfectam resurrectionem, & vt ne quis ambigat, duos characteres duorum primogenitorum nostrae resurrectionis proponam. Enoch erat in praepitio, & non prohibuit praepitium resurrectionem, neque corporis per vitam huius vitae expectationem ac durabilitatem. Helias in circumcissione: vt ne resurrectionis huius aut illis attribueretur, sed vniuersalis tota. Helias erat in virginitate, vt praegatiua virginitatis immortalitatem praedicaret mundo, & cum corpore incorruptibilitatem. Quo vero non solum in virginitate esse putetur resurrectio propter praeminentiam, itemque ipsa corporis durabilitas, Enoch non erat Virgo, sed continens, & qui liberos genuerat. Et duo quidem hi sunt, qui in corpore & anima permanerunt propter spem. Et, vt ne quis rursus ambigat, etiam alios in ortum destruit vna cum corporibus. aperuit enim terra os suum, & deuorauit Dathan & Abiron, Filios Core & Aiman, & descenderunt in ortum viuētes corpore & anima. Ex ipsa enim hora in iudicium traditi sunt, neque corporibus soluis, neque reliquijs traditis, aut parte, sed totis ipsis cum corpore & anima traditis in supplicij. Iob dicit, Donec turris nauis,

C

Resurrectio
nis modus.

Resurrectio
nis modus.

D

Virga Moysi
resurrectio
& transmutatio.

Virga Moysi
resurrectio
& transmutatio.

S. CYPRIANVS
S. EPIPHANVS
S. IUSTINVS
S. IRENAEVS
S. CYPRIANVS
S. EPIPHANVS
S. IUSTINVS
S. IRENAEVS

Viua Rubim, & non moriatur.

G

Enoch & Helias resurrectio accepta.

H

A & corpus hoc quod hec exhaerit, & renouabis me: Et rursus, Renouabitur velut aquila inuentus tua. Elalas autem, Resurgēt mortuus, & suscitabitur qui sunt in monumentis. Venit enim qui soluit in fortitudine ligatos, simulque irritatos habitantes in sepulchris. Dicit autem Iob, homo ubi dormierit, non amplius resurget, neque agnoscat locum suum. Et enim reuera quotidie non fit resurrectio, sed in vna decreta est diem. Verum ostendens quod nouit in quale tempus p̄c̄nitum respiciat, statim soluit quæstionem. Donec calum & terra atteratur, sunt corpora in terra. Quam vero venerit qui verit̄ calum velut librum, & concussit terram: tunc resurgēt qui sunt in terra. Et propterea dicit ad Iezechielem. Fili hominis die, congregabitur os ad os. & iunctura ad iuncturam, & factum est ius, & facti sunt super ipsa nerus & venæ, carneque ac pili & vngues. Et rursus Die fili hominis, Veni spiritus a quatuor angelis terre, à locis videlicet animis destinatis. Et quam ob causam ipse dominus non dicit, sed hominem dicere iubet. Quoniam quod dicit dominus, simul etiam facit, & non amplius soluitur. Verum homini dicere precepit, quo post resurrectionem ad horam significaretur quidem nostra spes salutis, hominis vero sermo solueretur, & non domini. Enim illa ossa rursus moritura. Quam vero dicit dominus, Resurgite: resurgunt, & non moriuntur. De enim Verbum non soluetur. Quapropter etiam dominus in carne progressus suscitauit mortuos, quo id quod per carnem factus est rursus obdormiat, donec ipsa caro resurgat, & non amplius moriatur, & taceat hoc dicere ad vnum solum, Surge, veni foras: donec veniat, & non amplius singulariter dicat, Surge, sed, Surge omnes, vniuersalem resurrectionem faciens. Ipse enim est resurrectio mortuorum: qui sane postquā resurrexit ex mortuis, nullum suscitauit ex rec̄s mortuis. Resurrexerunt autem cum ipso multa corpora sanctorum qui dormierunt, & conspecti sunt multis, ingressi cum ipso in ciuitatem sanctam, velut scriptum est in Euangelio. Et non dixit, Resurrexit pars corporum sanctorum, sed corpora sanctorum, & apparuerunt multis, non alii quam qui mortui fuerant, sed qui agnoscerentur à suis, si non ante multa tempora vita defuncti essent. Sed & talis ostenderet volēs dominus noster miraculum, difficulta illa facilia declarās perficiebat. Quādo enim accessit ad recēs mortuam puellā, filiam principis Synagoga, quoniam eadem hora mortua erat, dignatus est ad ipsā dicere, Surge puella: per vocem Surge, fortificans quod erat illi dissolutum, nam adhuc in lecho erat. Filium vero viduæ in Naim, quoniam iam in loculo efferebatur, facilius suscitauit, attingit enim oculū, & non dixit aliquid puero, sed solum attingit oculū, & resurrexit. Quod vero altissimum est, & omnē hominum sp̄e longe excedens, quando venit ad quadriduanū Lazarū, neque dixit, Surge, neque attingit manu monumentū, sed sic in promptu vocat in propria potestate, Lazare veni foras. Multo enim facilius est & p̄optius dicere, Veni foras: quā attingere. Attingere vero facilius est, quam vocare, Puella surge. Verū sic omnia facit sanctum Dei Verbū, vt nobis sp̄em resurrectionis demonstrat. Quod si vero velim omnia ex omnibus Scripturis testimonia colligere, exigua sane fuerit mens nostra, modicaque ac idiota, at tamen ob multitudinem in longum extendero sermonē, verum compendiosam: quod salus nostra compendiosa est, ita vt in omnibus in vna resurrectionis spe nobis prædicetur. Hæc autem non credunt increduli, corruptant falsa opinione imbuti, non admittunt contentiosi, repudiant vanæ gloriæ sectatores. At Deus omnibus misericordiam exhibeat, & caliginosas mentes illuminabit. Græci equidem accepto spiritu sancto à veritate redarguentur, & ab omnibus prædictis testimoniis, maxime vero à vobis sanctæ Dei Ecclesiæ & orthodoxæ fidei filiis. Docetis enim accepto spiritu sancto, digni facti sermone apposito in oris apertione: primū quidem, quoniam digni facti estis vt discipuli Christi filius, principalis pastoris & antistitis nostrarum animarum, velut alimoniam Christi ouilibus, vestris populis colligentes, curātes quomodo & vobis ipsis, & Dei pecoribus, volentibus inquam, profutis, & ex sancto à Mose in sinuato pabulo nutritis. Quis vero ex recte sentientibus, ad vos pios

& fideles respiciēs: o vos orthodoxi & Ecclesiæ filii: quum vero aliquos dico, omnes filios veritatis dico, iuxta id quod scriptum est, quis, inquam, ambigat? Nam quum sapientis & firmissimæ mulieris filii sitis, cuius gloria est apud Solomonem dicentem, Mulierem fortem quis inueniet, velut rara sit, imo potius vna: id quod melius est eligitis, & quod vtile est amplectimini. Fortem autem mulierem intelligite mihi Ecclesiam Dei, vestram matrem, qua nihil fortius est, vt quæ moriatur per singulas excitas persecutiones, pro nomine viri sui. Hæc igitur mansuetissima proprium sponsum exacte interrogat in libro Canticorum, Vbi pascis, vbi cubile habes meridie? Pascit autem Christus in prædicta terra, & non solum pascit, sed etiam præcipit soluere calcementum pedum pastorum, velut Moses primum dicit, à quo traditionem assumpsistis etiam vos, & eos qui ad sanctam scientiam introducuntur primum secure manu ducitis, curantes vt singulorum calcementa soluantur. Verum calcementa vniuscuiusque vestrum differentiam habent, nam vniuscuiusque per propriam suam actionem ea subligauit. Et de cætero singuli vestri discipuli bonis pastoribus obedientes, qui quidem subligauerat idolatriam, eam per vestram admonitionem soluit & alius vero adulterium soluit, alius scortationem, alius furum, alius auaritiā. Et non hoc solum, sed etiam sermonibus abominandis ac turpibus verbis renuntiantes, vniuscuiusque discipul⁹ tradit seipsum, vt per vos bonos pastores beata spe sub fortissima manu boni pastoris pascatur. Abstinet enim vniuscuiusque ab errore penitus, & præ oculis habet veritatem, simulachra quidem obliuiscens, & errorem circa ipsam palam prædicantes. Neque enim mortuos hoc putatis, quoniam nunquam vixerunt. Verum vana & inania & quæ non sunt, merito omnes semper docetis. Non enim vnquam fuerunt, vt esse possint. Illi vero sunt mali demones, humanæ mentis accessio per voluptatum impetus influens, vnde vniuscuiusque ausus est proprium affectum in numen asciscere. Primum enim statim quando hoc ab hominibus innotabatur per demonum maleficium, prima hæc scortatio appellabatur, & vmbatili pictura simulachra exprimebantur. Deinde artem propriam quam quisque tractabat, & per quā facultates habebat, proprijs filijs suis in nomen colendam tradebat, & per proprii artificij materiam deos effingebant, figulus ex luto, faber lignarius ex ligno, aurifolus ex auro, & faber argentarius similiter ex argento. Amplius vero vniuscuiusque proprium affectum ad formam oculorum suorum similitudinem describebat. Sanguinarius quidam vir, Martem asserens: mechus aut mocha, communem Venerem: tyrannus, victoriam extollebat. Sordibus & rebus temporalibus, sibi hians, Saturni figuram præsequebat, effeminatus Cybelem & Rheā, propter fluxum, vt arbitror, multiplicis mixturæ corporibus. Alius gulosus aut gulosa Artemisā venatricē proponebat, ebriosus Dionysiu, æruosus Hercule, quidā per varios coitus se volutās, Iouē & Apollinē. Et quid opus est me infinitorū affectuū in hominib⁹ multitudinē recēserē? Verum Aegyptii omnib⁹ amplius errore inuoluti, nō solū proprios affectus coluerūt, sed etiam volatilia & quadrupeda, terrestriaque; ac aquatica, & quæ dā animalia fera, nō mansuetientia & quæ ipsis in seruos à sancto Deo tradita, eorū ordinē alterauerunt, & velut qui mente bruti sunt, nimiu colunt animalia apud ipsos, deificare ipsa non erubescens, canē latratorem, felē reptiliuorā, hircū salacē, ouiculā balantē, crocodilum multiformem & immittissimum, ibim veneniouorā, & miluum & accipitrem ac coruum, animalia feruillissima: serpentē obliquum & inuicendissimum. Et in summa d̄ ingemē turpitudinem eorum, qui neque oculis suas ipsorum conuersiones considerant, & neque auribus se nitium suscipiūt, neque mente ea quæ ab ipsis vane sunt, intelligunt. Malo itaque fato percussus sunt, vt qui neque a proprijs philosophis lumen acceperunt, neque eorum qui veritatem inuoluerunt, speculationem fecerunt. Non enim audiūt Diagoram, qui Hercule sumum ligneum in penuria ligni exussit, & per ludibrium ad ipsum dixit, Age Hercules deum

E

Naluer fortis qua sit.

Calceamentorum solutio.

Simulachrorum cultus initium & progressus.

G

Aegyptiorū dii.

H

Hercules, dignens à Diagora excussus.

num

A *num tertium laborem subiturus adesto, obsonium nobis cocturus.* Et sane acceptum ipsum in scandulas sedit, decidens proprium Deum velut qui nullus esset, & appetito ipsi prantio illudens palcebat. Sed & alius Aegyptius Heraclitus ait. *Si Dei sunt, cur deploratis ipsos?* Typhonem enim & Osyrim & alios subteritaneos deos acerbe deplorantes, velut sepultos lugent. Ita que hic dixit, *Si Dei sunt, cur deploratis ipsos?* Si vero mortui sunt, frustra lugetur ob ipsos. Alius vero Comicus Eadæmon nomine dixit, *siquidem Dei sunt, non possumus de ipsis dicere quales sunt, formidans declarare. Multa enim sunt quæ me impediunt.* Sed & Homerus dicit, *Non bonum imperium est multorum.* At nostri seculi alius Comicus dicit, *Qui unum Deum colunt, bonas spes habent ad salutem.* Apis enim vitulus paleis vescens à Campide Allyriorum rege gladio in femur percussus est, ut si fieret sanguis, deprehenderetur quod non esset Deus. Saturnini autem non negant proprium suum Deum ferreis catenis vinculum fuisse, sic sane sentientes. Si vero quis in vinculis est, is non solum vni maiori subiectus est, sed etiam velut maleficus in vinculis detinetur. Si vero & de Iside sermonē facturus sum, quæ iam & Atmis, & Io appellatur, filia vero est Alpdis Cappadocis, qui & Inachus vocatur: erubescit quidem illius actiones referre, veruntamen non verebor dicere, quæ ipsos adorare non pudet. Erubescant autem huius adoratores & stultigenæ, qui suas ipsorum filias & vxores ac sorores, ipsorum deorum actiones imitari adhortantur. Et statim quidem, quum sacerdos proprium suum fratrem Typhonē amet, etiam alios contra fratres suos concitant. Ingens est autem turpitudine deæ, quæ neque turpitudinem fratris proprii veretur, sed & amore æstuat, & non contenta est externis viris, sed etiam vsque ad proprium fratrem procedit: & non hoc solum, sed etiam patricidium ob suæ concupiscentiæ inexplebitatem amicissimis suis ostendit. Et Horus quidem unum genuit filium, cui nemo affirmare potuit, an vere genuinus esset ipsius pater. Et siquidem Typhonem coluerit, dubitat an sit ipsius pater, si vero Osyrim, quis etiam sic certitudinem declarat: Honestum vero Deum talis mater instituit, quæ ipsum assumpsit, & per decennium in Tyscoortata est. Quum vero Seraphim ipsum Apim regem Sinopensium Deum fecerunt, tyrannidi magis inferuerunt. Nam reuera hæc sunt deorum, quæ apud Aegyptios coluntur maliciæ præmia, de quibus si singulatum dicere vellem, multum tempus consumerem. Porro Græci qui sibi ipsi aliquid esse videntur, verbis solum & lingue volubilitate philosophantes, & non re ipsa, plus omnibus impegerunt. Qui sane deducunt Saturnum à Cælo, à Cælo ipsum genitum esse dicentes, & virilia membra sui patris recessisse. O peruersam actionem, & tempemque opinionem, nam nisi factus fuisset, multi Saturni essent. Hic vero generosus, qui vsque ad patrem processit non contentus fuit prima impietate, sed quum adhuc iuuenis esset, iniuriam in fert patri: senex autem factus, proprios suos filios, Neptunum & Plutonē deuorat. Iouem vero quærens, & à Rhea illulum, saxum magnum factis inuolutum pro infante deuorat, velut Deus scilicet. Quum autem huius filius ex generosis, ut ita dicam, parentibus esset (Iupiter autem est ei nomen) periculum erat ne omnium mulierū vir fieret, itemque huius filius Mercurius. Atque vtinam secundum leges dotem dependisset, & non semper nuptias occultasset, & malefactor fuisset. Penelopem enim corripuit, propter ipsam hircus factus Hircus autem fiebat, ut puto, propter barbæ enatæ vigorem. Erga Danaen vero aurum fiebat, ut Virginem cætam in thalamo decumbentem corrumperet. At ille aurum fieri nunquam potuit, sed præstigator fuit, & per auri largitionem, Virginem decepit. Et apud Ledam rursus cygnus factus est, explicationem feruoris voluptatis suæ significans. Aquila vero nunquam alas expandit, verum prædiconum magister præfedit, nunquam aquila effectus, sed in nauis aquilæ nomine insignito ob celeritatem, ad Troiam enavigauit, & filium regis Troianorum Ganymedem rapuit, ipse utique corripuit. Et erga Paliphaen taurus factus est, similiter & erga Europæ. Et quid attinet corruptoris illius insignis & corrupto-

rum magistri, malefactorum multitudinem referre? Cuius monumentum non paucis notum est, in Creta enim insula in monte Lasio appellato, vsque huc digito ostenditur. At vero Ioues non vnus aut duo sunt, sed tres aut quatuor numero fuerunt. Vnus ex his Saturnus, de quo diximus, proprium patrem suum in Caucaiso monte tormentis affect. Alter vero Patriatus * fait, ex quo monomachi & gladiatores orti sunt. Alius autem Tiagedus, qui & manum suam combussit. Fortassis autem quum Deus esset, oblitus erat quod ignis morderet, & non habebat prænotionem eius, qui ad hircum Saryrum dixit, vbi primum ignem vidisset, & ad osculandum ipsum accessisset. *Ne attingas hircæ si enim attingeris barbam exures.* Porro Mineruæ fuerunt, non vna, lea multa. Vna quidem oberrians, & circa Tritonidem paludem vagabunda. Alia vero Oceanii, alia Saturni filia: & multæ alia. Diana item, siue Artemides multæ sunt: vna Ephecia, altera Iouis, & alia similiber non pauca. Et Dionysius Thebanus, & alius Semee filius, quem Corybantes comitantur, & qui à Titanibus distractus est, & qui Curtiarum hereditatem imminuit. Hercules autem qui dicitur apud ipsos depulsor malorum, cuius actiones omnes nilebo, verum vnā ex omnibus, quæ fortassis apud ipsos laudantur, indicabo. Suffecerit huic vt hunc laborem subierit, quo mundo salus contingeret. Nisi enim in vna nocte quinquaginta Virgines corrupisset, quomodo mundus seruaus fuisset, imo potius perisset? Et in immā confiteor me tædio affici, si malas ipsorum actiones ex ordine recensere deberem. Insuper vero reges & tyranni fauissimī, quum dilectos quosdam habuissent, colique in terra defodissent, vt qui nihil amplius haberent in quo illis gratificarentur, nempe etiam ipsi corruptibiles velut illi existentes, in benevolentiam erga illos, se palchra ipsorum ad viræ fraudem subditis suis per malum prætextum celebrare præceperunt. si Antinous sepultus, & in gluforio nauigio positus, ab Hadriano coli iussus est. Timagenes autem Anafis, & Canobus Menelaj gubernator, & huius vxor Eumenuthis in Alexandria sepulti, coluntur ad ripam maris, per duodecim signa distantes, & Marnas seruis Alterij Cretenfis apud Gabæos, Calius autem nauclerus apud Pelusios. Hæc igitur omnia quædo in media Ecclēsia explicatis, malum exemplum lethalis viæ eos, qui sic euecti sunt dissoluitis. alios vero ab adulterio ad modestiam transferis. Et non solum ipsos ab occultis nuptijs liberatis, sed etiam vt speciem secundam naturam continentant, efficitis. Quod tempus Contractum est, velut sanctus Apollolus dicit Scortatores autem instituitis, vt ne nefariam & apud Deum & apud homines actionem operantes plectantur. Et quoniam hæc omnia per os & per opera laborantes traditis, persuadentis ipsos vt omnia vestra suscipiant, ita vt vbi opere primū omnia perfecerunt, & in seipsis expresserunt, doctrinæ fidem faciant, quam per actionem vos ipsos primum docuistis, vt etiam alios doceretis. Obtinētis enim tacentes Solis morem, qui etiam silens omnes vbique docet. Statim enim vbi exoritur, etiam tacens artes omnium redocet. Et quandoquidem horum omnium utilitatem filiis siue fratribus vestris fidelissimis traditis, perducitis ipsos vt in terra quidem vadant, in cælo autem conuersationem habeant. At monasticam vitam degentium & elum plurimis ingeneratis, per firmitatem vestram & fidem minime fictam ac simulatam hereticos odiosos facientes, Manichæis os obturantes, Marcionistas, & alios istis similes ab oculi Dei fugantes, omnes ipsorum præceus dissoluentes & reprimentes. Quæcunque enim contra Deum & sanctos ipsius Prophetas audenter loquuntur, vt qui leues sint & vacui à spiritu sancto, verum in vniuersorum opificem ipsius Prophetas omnibus hominibus ex prophētia Deus largitus est, hi odio habent, itemque profundissima in Lege ac Prophetis, nempe quum terreni sint & corporales, interrogati non intelligunt, ac ultra blasphemii sunt: vos statim ipsorum errorem ab audientibus per veras demonstrationes depellere ac excutere non cunctamini. Per talia enim verba vani illi velut

S. CYPRIAN
S. EPIPHANI

Græcorum
dij.

E
Ioues multi
sunt.
* Scalp
to Enghis
legi
Atrid
et G. Iulij
Tiv.

Pausan
principum.
G

H

Interreg
no pro igne
fat.

A
vania Deo
obijicitur
falso.

farmenta in ditius flumij fluente feruntur. Porro dicitur, quod bonus Deus legis est, qui ignorans Adam ubi esset, interrogabat, *adam ubi es?* Et ad Cain dicit, *Vbi est Abel frater tuus?* Et ad Abraham, *Vbi Sara vxor tua?* & alia multa huiusmodi. Ipsi q' talia dicunt, credunt Deo Saluatore, ore & no in veritate Deo existenti, & p'notione hab. nti, eadem vero similiter sicut in veteri Testamento interroganti, *Vbi posuisti Lazarum?* &, *Quis me attingit?* &, *Habetis panes vobiscum?* &, *Quis vultis aut, Quis vultis?* Facilis igit & expedita est horu' cofutatio. Sicut enim interrogat filius p'notionem habens, ita etiam pater si ipse in Lege interrogat, quid e' est semper, & non alteratur. Si enim dixit, *Vbi posuisti Lazarum*, neque Euangelium ignorat, neque vetus Testamentum. *Vbi posuisti ipsum*, dicit, redarguere volens eas, quae neque aequalem fidem ad Sunamitidem comparandum profertent, & quidem quum illa erga hominem haberet, hoc est Heliisum sanctum Prophetam, Martha vero cu' suis erga Deum, Et si dicit, *Quis me attingit?* non ignorans dicit, sed vt persuadeat mulierem a se ipsa confiteri, quod non de seipso testimonium prebeat Filius Dei, sed ab alijs gloriificetur. Et quum dicit, *Habetis panes vobiscum?* Propterea hoc dicit, vt paucitas panum omnibus significaretur, & magnitudo miraculi ipsius admirationis esset, si intelligerent per tot panes tantam turbam nutritam esse. Et quum dicit, *Quem queritis?* querentes deceptos indicat, & Iesum querentes quem & medicum interpretari possis, & Saluatorem: quo vbi occiderent ipsum, ab huius salute deficiant. Quemadmodum igitur ea, quae circa domini nostri dispensationem contigerunt ostendimus, quae humano quidem more dicuntur, p'notione vero non carent. Neque enim quipiam ex sana mente praeditis dixerit ipsum ignorasse vbi posuisset Lazarum, quum prope locum esset: etiam si per eum, quem diximus, modum interrogabat, & nudius tertius procul a Galilaea fuisset, a seipso indicasset, quod Lazarus mortuus esset: ita & de veteri Testamento hec prudenter dissoluiamus. Quod dixit Deus ad Adam, *Vbi es?* non ignorans erat, sed ostendens a qualialtitudine ad qualem turpitudinis profunditatem Adam excidisset. Et, *Vbi est Abel frater tuus?* quoniam quem oportebat te semper in vlnis ferre, & ipsi semper conuincere, hic a te in terram prostratus est. Ex sequentibus enim ostendit, quod non ignorantiae causa interrogabat, sed redarguens, in eo quod dicit, *Maledicta terra in operibus tuis:* &, *Maledictus tu ad terram, qua aperuit os suum,* & *insepit sanguinem fratris tui de manu tua:* Ecce enim, inquit, vox ipsius ad me. Et, *Vbi est Sara vxor tua?* non ignorans dicit: Nam quomodo ignoraret qui rilerat, intra domum ipsam esse sciens? Non itaque ignorans interrogabat, sed vt admoneret filias ipsius professas pietate, quo discedent ipsius vitae dictum, quum ex proprijs laboribus ministrare sanctis conantur. Illa enim quum in tanto ministerio esset, atque azymos & cinericos panes pararet, & tantum ministerium ex ipsa penderet, vna cum suis famulabus faciens eorum, quibus inferuiebat non videbat, moderatae pudicitiae exemplum nostris seculis relinquens. Atque haec quidem ad declarandas vanorum illorum contradictiones sufficient. Si vero dixerint quod bonus est Deus legis, qui Aegyptios quidem circumuenit, & proprios suos homines praedatit dicit, dum ex Aegypto exibat, nesciunt vni illi quod apud Deum nihil perit, & quod iustum iudicium est, & Deus naso non suspenditur. Quid enim putabant Aegyptij, quod volebant haec sine mercede operatos esse Iudaeos, & non vulgaribus annis, sed ducentis & quindecim, vna cum ducentis ac quindecim annis ipsius Ioseph? Quum enim quadringentorum ac triginta annorum peregrinatio ipsi Abraham & semini eius esset decreta, ad quae dicit, *Peregrinatio erit semen tuum in terra aliena:* id quod decretum erat, perfectu erat? Proinde Deus per misericordiam suam annos peregrinationis ipsius diuisit. Et statim quidem ducentis quindecim annis adhuc existentibus, in terra Chananitide suscepit ipsum, & alios ducentos quindecim annos distribuit his, qui Aegyptum inhabitabat. Nam numerus horum annorum sic supputatur. Erat tunc septuagesimus quintus annus ipsius Abraham. Succedunt itaque a sep-

tuagesimo quinto anno ipsius Abraham, vsque ad natiuitatem Isaac, anni viginti quinque. Isaac autem genuit Iacob agens annum sexagesimum, & facti sunt anni octuagesimiquinq; Iacob vero agens annu' octogagesimum nonum genuit Leui, & sunt anni centum septuaginta quatuor. Leui vero agens annum trigagesimum quartum genuit Chaath. In trigesimo autem septimo anno ipsius Leui, descendit Iacob in Aegyptum, & sunt ducenti & vndecim anni. Et post ingressum ipsorum in Aegyptum, alij quatuor anni: & implentur ducenti quindecim anni. Hinc vero rursus numerantur in hi reliqui ducenti quindecim anni Israelitarum peregrinationis. Chaath post descensum in Aegyptum in sexagesimo quinto anno suo genuit patrem Mosis Abraham. Fiunt igitur a primo Abraham a septuagesimo quinto ipsius anno, vsque ad natiuitatem postremi Abraham, anni ducenti octuaginta: a descensu vero in Aegyptum, anni sexaginta quinque. Abraham annorum septuaginta existens genuit Mosem. Et sunt a primo Abraham anni trecenti quinquaginta, a deductione vero in Aegyptum anni centum triginta quinque. Mose vero trigesimo suo anno calcit rubrum mare, vna cum Israelitis ex Aegypto egressus. Et sunt a magno quidem Abraham, anni trecenti octuaginta, a descensu vero in Aegyptum anni centum sexaginta quinque. Reliquos autem quinquaginta annos consumperunt post transitum rubri maris, vsque ad ingressum in Palaestinam, non propter viae longitudinem, sed propter bella & impedimenta gentium: quae ab ipsis in via inueniebantur. Fiunt igitur a septuagesimo quinto anno magni Abraham, a quo praedicto haec ipsi data est a Deo, vsque ad Mosem & filiorum Israel in Palaestinam reditum, anni quadringenti triginta. A descensu vero in Aegyptum, vsque ad regressum in Palaestinam, anni ducenti quindecim. Quum igitur tot annis laborarint Iudaei sine mercede, non erat iustum & apud Deum, & apud homines, vt daretur ipsis merces ipsorum vel in fine? Non igitur iniustus est Deus, qui suos cum spoliis illinc eiecit. Si quis vero ambigit non ita enumerare annos, audiat Mosem dicentem, *Habitatio autem filiorum Israel in Canaan & in Aegypto, anni quadringenti triginta.* Quum itaque iustissima mercedis Deo cura fuerit, qualis amplius relinquitur vna contradictio his, qui contra sanctam Deum vituperia producant? At Deum verum nunquam quisquam vituperauerit, sed qui vituperant, se ipsos vituperant. Porro alia quaedam vana contradictio ab ipsis profertur, similis priori, *Quod bonus est Deus legis, qui circumuenit Chanaanos, vt daret Israelitis ipsorum locum, domos quas non edificauerunt, & oliueta ac ficeta, & vineas, quas non plantauerunt.* Ad quos dicam, *O vani, si quidem fuisset Deus homo, ea quae hodie dicuntur aut fiunt, praeteriisset, & nihil esset ipsi in mente.* Quando vero Deus Deus est, & non homo, ea quae ad ipsum relata sunt, in multis generationes viciscens non obliuiscitur. Si enim ignorant rem hanc, discant. Nouerant omnes iustum Noe reliquias mundi factum post diluuium. Quum igitur relictus esset ipse & tres filii ipsius, vt qui iustus esset, & filios suos pios efficere conaretur, vt ne in eadem mala incidere, sicut hi qui in diluio perierant, non solum per doctrinam ipsius pietatem proposuit, sed etiam per insurandum ab vnoquoque ipsorum beneuolentiam erga fratrem exegit. Et diuidit quidem, velut heredes mundi a Deo constitutus, tribus filiis suis vniuersum mundum sub sortem missum, & vnamquamque partem iuxta sortem singulis distribuit. Et ipsi quidem Sem primogenito cecidit fors a Perfide & Baetris vsque ad Indiam, vsque ad regionem Rhinocurorum. Sita autem haec Rhinocurorum regio in medio inter Aegyptum & Palaestinam, e regione rubri maris. Ipsi vero Cham obtigit terra a Rhinocurorum regione vsque ad Gadiram, ad meridiem. Tertio autem filio Iapheth obtulerunt ea, quae spectant ad Aquilonem, a Media vsque ad Gadiram & Rhinocurum. Itaque Sem nascuntur filii & filiorum filii, vsquequo diuise sunt linguae, & dispersi sunt in linguas & tribus ac regnis. Normina vero ipsorum haec sunt, Elymaei, Pzones, Bazi, Cosselui, Gaspheni,

E

F

G

H

Deus legis, cur circumuenit Chanaanos

Mundi diuisio a Noe in filios suos facta.

Deus legis cur suos in-
stet depreda-
ri Aegy-
ptios.

D
Peregrinatio Abraham
quos anno
fuerit.



A Palæstini, Indi, Syri, Arabes, Caiani, Ariani, Malycceli, Hyrcani, Magustæi, Troglodytæ, Assyrii, Carmani, Lydi, Mesopotamitæ, Hebræi, Cæleni, Bactriani, Adiabeni, Camilli, Saraceni, Scythæ, Chiones, Gymnosophistæ, Chaldæi, Parthi, Enothæ, Cordyleni, Masseni, Phænicæ, Madienæi, Comageni, Dardanij, Elamæni, Cedrusij, Elamitæ, Armenij, Cilices, Aegyptij, Cappadoces, Pontici, Marmaridæ, Bionæ, Cares, Chalybes, Pylilitæ, Mossynici, Hiberæ, Phryges. Ipsi vero Cham secundo filio, filij ac filiorum filij nascuntur, triginta duo vsque ad eandem linguarum diuisionem, Aethiopes, Troglodytæ, Aggæi, Gangeni, Sabeni, Ichthyophagi, Hællanici, Aegyptij, Phœnicæ, Marmaridæ, Cares, Pylilitæ, Mossynici, Phryges, Macedones, Cracones, Syritæ, Leptitæ, Magnætæ, Bithyni, Nomades, Lycii, Mariandeni, Pamphylitæ, Moschæsidij, Pisidæ, Aungalæi, Cilices, Maurusij, Cretes, Magradæ, Numidi, Aphri & Bizaceni, Nasamonæ, Phagini, Mazices, Harami, Getuli, Blemmyes, Auxomitæ: hi tenent loca ab Aegypto vsque ad Oceanum. Et insulæ sunt ipsi, Curculopadusa, Gaulos, Rîde, Melire, Ceryra, Mene, Sardane, Goryna, Crete, Glæscus, Thera, Ariannus, Astypalza, Chios, Lesbos, Tenedus, Imbrus, Iasus, Samos, Cos, Cnide, Naxos, Megistæ & Cyprus. Cæterum Iapheth tertio filio, filij ac filiorum filij nascuntur quinquaginta, vsque ad eandem linguarum diuisionem: Medi, Gargani, Armenij, Aretæ, Amazones, Colli, Corzeni, Beneageni, Galatæ, Cappadoces, Paphlagonæ, Mariadæni, Tibareni, Chalybes, Mossynici, Colchi, Meloscheni, Sauromata, Meotæ, Scythæ, Tauri, Thraces, Bactriani, Myrij, Macedones, Græci, Libyæ Phryges, Pannonij, Nestij, Veni, Daunæ, Iapyges, Calabri, Hippici, Latini, & qui Romani & Tyrrheni, Galli, qui & Celta, Lybisteni, Campani, Celtiberes, Aquitani, Illyriani, Besontes, Samij, Cartani, Lusitani, Vacæi, Britannici, Scoti, Hispani. Insulæ vero ipsorum, Britannia, Sicilia, Eubœa, Rhodus, Chios, Lesbos, Cythera, Zacynthus, Cephallenia, Ithaca, Ceryra, Cyprus. Quod si vero alicui nomen gentis aut insulæ bis positum est, in sorte alterius & rursus alterius, iuxta communia confinia, aut iuxta deducas pro temporis occasione colonias, aut iuxta assumptionem ipsius Cham, qui per auariciam inuasit, & occupauit partem ipsi Sem: nemo miretur, neque dabitur. Proinde quum hæc gentes sic ex tribus filiis Noe genitæ sint, & mundus tripartitus tribus filiis, velut dixi, diuisus sit: iusiurandum exactum est ab ipsis per patrem, ut nullus ex ipsis fratris sortem inuaderet: & qui transgressus esset iusiurandum præceptum, per iusiurandum exterminaretur, & vniuersum semen ipsius. Quandoquidem igitur Palæstina sub sortem Sem cecidit, & tota ipsius vicinia: auarus autem esset Chanaan filius Cham, postea Palæstinorum terram inuasit, hoc est Iudæam, ipsamque abripuit longanimitas autem cum esset Deus, pœnitentiæ tempus dans, ut pœnitentiam agerent hi, qui ex Cham nati essent, & restituerent filijs Sem propriam hereditatem, illi vero pœnitentia non duceretur, sed vellent mensuram ipsorum implere: tunc Deus post multas postea generationes iustus existens, vlciscitur iusiurandi transgressionem. Sic enim Amorrhæorum mensuram impleri oportebat. Sem enim genuit Arphaxad, Cham vero genuit Chanaan. Chanaan autem genuit post auariciæ designationem, Amorrhæum, & Gergesum, & Pherezeum, & Euzæum, & Aruzæum, & Aradiû & Sionium. Numerantur itaque sic generationes vsque ad ipsius Sem vltionem. Sem qui circumuentus fuit, genuit Arphaxad, velut diximus. Arphaxad genuit Cena, Cena Sala, Sala Heber, & fiturris ædificatio. Heber genuit Phalec, & sic linguarum diuisio. Phalec genuit Rhagau, Rhagau Seruch, Seruch Nachor, Nachor Tharra, Tharra Abraham, Abraham Isaac, Isaac Iacob, qui cognominatus est Israel, ex quo Israelitæ, Iacob Iudam, Iudas Phares, Phares Esrom, Esrom Aram, Aram Aminadab, Aminadab Naafon, Naafon Salmon. Hæc est progenies eorum, quia Sem geniti sunt. Hos igitur iniuria affectos à filiis Cham, & proprio loco spoliatos, Deus vlciscitur, exer-

minans progeniem Chanaan, iuxta iusiurandum ipsorum. Et Semen Sem propriam recipit regionem. Nequaquam igitur iniuste Deus egit, qui iusta vnicuique parti distribuit. Non enim natio suspenderit Deus, velut dixi. Itaque in exitu collectionem sibi ipsi adaptans Deus, dicit ad Moysen, *Solus calcamenta ex pedibus tuis.* Qui enim puras aquas accessurus erat, primum calceis exiit. Quandoquidem igitur multum tempus intercessit, & quisque in via sua errauimus, & hæc collectio in proprijs malis permanit. Nondum lauacrum regenerationis Deus reuelauit, sed multis quidem annis distulit. Postea vero sanctæ Ecclesiæ sanctum lauacrum reuelauit, in Mose quidem calcamenta soluens, in Prophetis vero extrinsecus tunicam exuens, perizoma, vestem corpus tantum integentem, solum relinquens, velutin Hieremia, in Ioanne vero omnia mundi vestimenta reijciens, & ex pilis cameli transformans. In ipso autem Salvatore ac discipulis ipsius mundi habitum exiit, & superne ex caelis post aquarum purificationem, ignis & spiritus indumentum induit. At vero Israelitæ videntes gratiam hanc ipsius, non cognouerunt quod Deus est. Quapropter etiam Propheta reprehensorio modo ipsos deplorat, propter ignominiam qua ipsi Salvatore mactati essent. Hæc, inquit, Domino redditis populus stultus, & cor non habens. Non enim nouerunt hanc, quod hic erat in principio cum quo pater consultauit, *Faciatis hominem ad imaginem nostram, & ad similitudinem, dicens. Nam vox Faciamus. non est vnus numeri significatio, itaque consultauit pater cum filio & sancto spiritu.* Verbo enim domini caeli firmati sunt, & spiritu oris ipsius omnis virtus ipsorum. Neque intellexerunt dictum quod in eodem libro dicit, quod *pluit Dominus ignem,* is quia Abraham venit à Domino, qui ipsi de caelo demisit. Neque cognouerunt ipsum eos ab Aegypto ducentem, Neque intellexerunt Prophetam dicentem, *Et tu Bethleem non es minima.* Quomodo enim conuenit minimam vocare ciuitatem, quæ cepit eum, quem mundus & caelum atque omnia capere non possunt? Et neque hoc, *Ex te mihi egredietur dux.* Qui vero à Bethleem egredietur? & homo est, & quomodo Dei ratione habet, perturbat ipsos, quod est Deus & homo. In eodem vero transitus ipsius sunt ab initio, à creatione mundi: hoc autem nõ est amplius hominis, sed Dei. Non autem meminerunt eius, quod *Virgo concipiet in utero, & pariet filium, & vocabunt nomen ipsius Emanuel.* Vox autem vocabunt, significat modum sanctorum & fidelium, filiorum Ecclesiæ. Interrogationem à Domino occisoribus Iudæis de Salvatore, quomodo crucifixum consentitur, ab ipso fidelibus audiunt, quoniam à vobis crucifixus est, nobiscum vero Deus est. Ipsum autem Dauid non audierunt, & non cognouerunt ipsum timorem, quem videns in sancto spiritu dixit, *Horrens futuram Domini ipsius dispensationem, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis.* Sabbata itaque antiqua præterierunt Sabbatum autem verum à nobis prædicatur. Cessauit prima circumcisio, vnum membrum minutissimum circumcidens. Efficax est autem valde celestis circumcisio, totum corpus circumcidens. Atque enim & sanctorum nomen nomenclatura, non in vno hominis membro sunt, sed totum hominis corpus purificant ac circumcidunt, & ab omnibus malis liberant. Itaque sancta Ecclesia hæc mysteria suscepit. Insurrexerunt autem in ipsam etiam graues hostes, qui Occiaci, hoc est domestici appellantur, non sunt autem ex veteri Apostolorum Domini fide. Si enim fuissent ex ipsis, mansissent vtiq; cum ipsis. Verum spurij sunt, & commixti, malam concupiscentiam cibi expiicibus ac ficibus Aegyptijs habentes, & filium Dei furtum ac deorsum blasphemantes, Aritomanitæ, quos iam in libris ante hunc editis notauimus, alij vero Sabellij. Et Sabellij quidem penitus negant esse Filium & Spiritum Sanctum, dicentes, quod filius ipse est pater & pater ipse est filius, & spiritus sanctus ipse est pater, ut non sit filius & spiritus sanctus: secundi Iudæi & Domini occisores se ipsos declarantes. Ariomanitæ vero omnium impiissimi sunt, qui filium ab essentia patris diuellere & abalienare audent, &

Sem quas generationes produxit.

S. CYPRIANUS
S. EPIPHANIUS
DOPE FLA

Insulæ
ingratissimæ

Occisores
restiti.

Sabellij.

non

A non dignantur filium aequalē esse patri, nequiplum ex essentia patris genitum esse. Alii autem horum progenies sunt, aut etiam ante hos, cum aliis supra relatis, quos neque Iudei annumerare possint, blasphemantes S. S. secūdi Sadducei, ac Samaritæ, & ignoti mortui & increduli. Cæterum ut ne per atramentū & chartarum testimonia contra hos in longum extendamus, & ne legentibus molestimus: sufficere ipsi quidē Sabbellianis cum aliis testimoniis testimonium Iordanis, veluti dixi. Filius. n. in Iordane vere accedit, Deus homo factus, non qui subierit mutationē, sed suscepit carnē, non ex femine viri, sed ex S. Virgine Maria suscepto corpore, per S. S. concepto. Atque id corpus suscepit perfectū, hoc est hominem perfectū animā & corpore. Factus est igitur Deus & homo & ad Iohannē in Iordane accessit, vnus existens iudē Filius & Christus & Dñs. Pater vero ex supernis vociferatur, testimoniu pbens filio in Iordane existēti. *Hic est Filius meus dilectus, Sctus vero spiritus in specie colūbae descendit super ipsum*, quum in aquas descendisset, vt puras ipsas demonstraret eorū gratia, qui in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti baptizandi est. At vero Arianus cū prædictis sufficere, id quod dicitur *Filius. Ego in Patre. & Pater in me. & qualitatē enim hanc patre ostendit, & ingenuitatē. Progenies vero Ariannorum, his qui Spiritū Sanctū blasphemant, sufficere duo testimonia iam ante producta post alia testimonia. Vnum ex Daniele sic habens, in camino ignis Sedrach, Misac, Abdenago, laudantes Deū, comprehendunt eū seipsos oēm Deū creaturam, & dicunt, *Benedicite omnia opera domini domini. & enumerauerunt celos & alla, Lunam, Solem, & virtutes, terramque, ac mare, & omnia q̄ in eis sunt, & nusq̄ filium ac S. S. connumerauerunt creaturis. Seraphim sancti. si. & Trinitatem, non semel, non bis, non quater, sed ter Sanctus vocem proferebatia. Redarguatur autē hos rursus Petrus incompans Ananiam cum suis ac dicens, *Tentasti spiritum sanctum*: & ait, *Non mentiris es homini, sed Deo*. At Apollolus nouit, velut sæpe diximus, spiritū non esse alienū a Deo, quū dicit, *Persecratur profunda Dei*. Quod vero non est essentia Dei, id profunda Dei persecrari impossibile est. Nos vero nouimus patrem, patre filiu, filium: spiritū sanctum, spiritum sctum, Trinitatem in vnitatem. Vna enim est vnitas patris & filij ac spiritus sancti, vna essentia, vna dominatio, vna voluntas, vna Ecclesia, vnum baptisma, vna fides, & quiescant qui contra sanctam Virgine Christi, & castam nympnam, hoc est, matre nostram sanctam Ecclesia insurgunt. Huius. n. filij a sanctis patrib. hoc est sanctis Apostolis acceperunt, vt fidē custodiant, simulque suis filijs tradant ac denuncient. Ex quibus etiam vos ipsi filij estis: o venerandissimi fratres, & filijs vestris hanc doctrinam tradidistis. Hæc itaque sic dicere, & his similia diuinis Scripturis confirmare, cum ipsos, tum auditores vestros docentes, in viam deducentes, instruentes, ne cessetis vos fideles & orthodoxi, hanc Catholice Ecclesie sanctam fidem seruare, velut sancta & sola Virgo Dei a sanctis Dñi Apostolis traditam accepit. Atque sic vnumquem que in fide instructum, & ad sacrum laucarum accedere volentem, non solum sinere debetis, vt in dicit se filijs vestris in Dño q̄ credat, sed etiam vt prolatis verbis, velut eadē omnium mater nostra & vestra recepit, doceat ac dicat: *Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, creatorem cali & terre, visibiliumq̄ omnium & invisibilium. Et in vnum dominū Iesum Christum, filium Dei vnigenitum, & ex patre genitum ante omnia secula, hoc est ex essentia patris: lumen de lumine, Deū verū de Deo vero genitum nō factum consensualem patri, per quem omnia facta sunt, qui in calis sunt & in terra. Qui propter nos homines, & propter nostrā salutem descendit de calis, & incarnatus est ex spiritu sancto, ex Maria Virgine, & homo factus est, crucifixusque pro nobis sub Pontio Pilato, & passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundū Scripturas, & ascendit in calis, & sedet ad dexterā Patris. Et iterū venturus est cum gloria ad iudicandum viuos & mortuos. Cuius regni non erit finis. Et in spiritu sanctū dominū & visibilū qui ex patre procedit, qui cum patre & filio simul adoratur & conglorificatur, qui loquutus est per Prophetas. Et in vnā sanctā Catholicā & Apostolicam Ecclesiam. Constatem vniū baptismi in remissionē peccatorū, & expectamus resurrectionē mortuorum, & viā futuri seculi. Amen. Cæterum eos qui dicunt,***

Erat aliquando quando non erat, & prius q̄ pigneretur, non erat: aut q̄ ex nihilo factus est, aut ex alia substantia aut essentia, dicentes, esse fluxilem aut alterabilem Dei filiu, hos execratur Catholica & Apostolica Ecclesia. Et hæc quidē fides tradita est a sanctis Apostolis, & recepta in Ecclesia in sancto vrbis Nicenæ concilio, ab omnib. simul tunc præsentib. Epi copis, trecentis & decem octo numero. Quandoquidē vero nostro seculo prouperunt alia q̄dam hæreses, alia super aliā, hoc est a tēpore Valentiniani & Valentis regis, circa decimū regni ipsorum annum, & rursus circa sexū annum Gratiani, hoc 90. anno Diocletiani tyranni: ea gratia vos & nos, & omnes orthodoxi episcopi, & in summa, vniuersa sancta Catholica Ecclesia, aduersus illas hæreses, in hoc sanctorū illorum patrū præscriptam fidem sequentes, sic dicimus, præsertim his qui sacrū laucarum accedunt, vt constentur, atque sic dicant. Credimus in vnu Deum, patrem omnipotentem, omninū visibilium, & invisibilū creatorem, & in vnum Dñm Iesum Christū, Filium Dei genitum ex Deo patre vnigenitum, hoc est ex essentia Patris, Deū de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consensualem patri, per quem omnia facta sunt, q̄ in calis sunt & in terra, & visibilia & invisibilia. Qui propter nos homines & propter nostrā salutem descendit de calis, & incarnatus est, hoc est, genitus est perfecte ex sancta Maria semper Virgine, per spiritum sanctum, & homo factus est, hoc est perfectum hominem suscepit, animam & corpus ac mentem, & omnia quicquid est homo præter peccatū: non ex femine viri, neq̄ in homine, sed in seipsum carnem efformauit, in vt a sanctam vnitatem: non quemadmodum in Prophetis inspirauit, & loquutus est ac operatus, sed perfecte homo factus. Verbu enim caro factum est, non mutationē passum, neq̄ transmutata Deipara in humanitatem, sed ita vt cōiunxit suam sanctam perfectionem ac Deitatem in vnam. Vnus enim est Dñs Iesus Christus, & non duo: idem Deus, idē Dñs, idē Rex. Idem passus est in carne, & resurrexit, & ascendit in calis in ipso corpore, gloriose sedens in dextera patris, venturus in ipso corpore in gloria ad iudicandum viuos & mortuos. Cuius regni non erit finis. Et in spiritum sanctum credimus, qui loquutus est in Lege & predicauit in Prophetis, & descendit in Iordanē, & loquitur in Apostolis atque habitat in sanctis. Sic autem credimus in ipsum, quod spiritus sanctus, spiritus Dei, spiritus perfectus, spiritus paracletus, increatus, ex patre procedens, & a filio accipiens ac fidem reperiens. Credimus in vnam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam, & in vnum baptismū penitentiae, & in resurrectionem mortuorum, & iudiciū iustum animarum ac corporum, & in regnū calorum, & in vitam æternam. At vero eos qui dicunt quod erat aliquādo, quādo non erat filius, aut spiritus sanctus: aut q̄ ex nihilo factus est, aut ex alia substantia siue essentia, mutabile aut alterabile filium Dei, aut spiritū sanctum asserentes: eos execratur Catholica & Apostolica Ecclesia, mater vestra & nostra. Et rursus execramur eos, qui resurrectionē mortuorum non consentunt, & omnes hæreses, qui non sunt ex hac recta fide. Quum autem vestri & nostri filij, o vos beatissimi, sic credant, & mandata ex hac fide perficiant, speramus vt semper pro nobis presententur vt habeamus partē & sortē in eadem fide ac mandatorum ipsius sorte. Et rogo vt oretis pro nobis vos & omnis, qui sic credit, & mandata domini seruar, in Christo Iesu Domino nostro, per quē, & cum quo gloria Patri cum sancto spiritu, in secula seculorū. Amen. Porro tenuitas nostra, dilectissimi fratres, & infirma mentis facultas coacta est festinare, vestra dexterritate nos impellēte, etiam si insufficientes nos supra nostram mensurā declaret, multoq̄ auxilio ipsi sit opus. Verū omnia nouit fidelis, qui in celo est. Cæterum pax sic omni procedenti iuxta verā & orthodoxæ huius fidei regulam, ad ipsum Israēl Dei. Salutate omnes sanctos in domino. Salutate vos serui domini, præsertim ego Anatolius, qui hunc librum scripsi sermonis Ancorati appellati, & opto vos in domino valere.

Niceni concilii episcopi 318.

Finis sermonis siue Libri Epiphaniij, qui Ancoratus inscribitur.

S. Epiphaniij Opera.

Bb 2

EIVS.

Fidei Catholice annu-meratio.

D